SVMMA CORONA
CONFESSORVM,

MAGNIFICI AC REVERENDI
D. MAVRI ANTONII BERARDVCII
Vigilienſis, Sacræ Theologiæ Doctoris & Magiſtri,

In Quattuor Partes diſtributa.

CLERICIS AC RELIGIOSIS
Omnibus perutilis, ac valde neceſſaria.

PRIMA PARS.

In qua tractatur de dignoſcendis peccatis; de Septem vitijs capitalibus, ac eorum filiabus; de recitando Officio Diuino; de peccato in Spiritum ſanctum; de circunſtantijs peccatorum; & quibus de cauſis reiteranda ſit Confeſſio Sacramentalis.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC III.

Apud Ioan. Antonium, & Iacobum de Franciſcis.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABVLA TOTIVS OPERIS.

IN PRIMA PARTE.

CAP. I.

De dignoſcendis peccatis mortalibus, & venialibus, & in quo conſiſtat ratio peccati in genere.

CAP. II.

De circumſtantijs.

CAP. III.

Quibus cauſis ſit reiteranda confeſſio.

IN SECVNDA PARTE.

CAP. IIII.

De reſtitutione in communi.

CAP. V.

De reſtitutione in particulari, ideſt de eius circumſtantijs.

CAP. VI.

De reſtitutione famæ, & damni facti in perſona.

CAP VII.

De vſura circa mutuum.

CAP. VIII.

De vſura circa emptionem, & venditionem.

De alijs contractibus, qui etſi non ſint vſurarij, ſunt tamen contra iuſtitiam.

De vſura circa contractus pignorationis.

De vſura circa contractus de retrouendendo.

De vſura circa contractus cenſuales.

De vſura circa cambia.

IN TERTIA PARTE.

CAP. IX.

De Voto.

Digitized by Google

CAP. X.

De cenſuris, & pœnis. { De Excommunicatione. De Suſpenſione. De Interdicto. De Irregularitate.

ADDITIO.

De Iuramento.
De Simonia.

IN QVARTA PARTE.

De ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, Diſtincta in nouem Cap.

CAP. I.

De Sacramentis in communi.

CAP. II.

De Sacramento Baptiſmi.

CAP. III.

De Sacramento Confirmationis.

CAP. IV.

De Sacramento Euchariſtiæ.

CAP. V.

De Sacrificio Miſſæ.

CAP. VI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAP. VII.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

CAP. VIII.

De Sacramento Ordinis.

CAP. IX.

De Sacramento Matrimonij.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
AC REVEREND.MO
DOMINO
D. ALEXANDRO
PERETTO,

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,
Domino ſuo colendiſſimo.

Maurus Antonius Berarducius, perpetuam felic.

NON eſt opus tam Magnificum, tamque excellens, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine, hominibus factum, ut inuidorum, ac detractorum linguis non ſit expoſitum, Et quo maiora fuerint, quæ geſſerit homo, quove magis videbuntur glorioſa, & præclara, eo magis inuidiæ patebunt, ac deinde obtrectationibus, & calumnijs perſequentur, Vt merito Eccleſiaſtes c.4. dixerit. Rurſus cõtemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti, patere inuidiæ proximi. Euidens mihi exemplum offertur in ijs, qui in ſcribendis libris, non tã ut ſuum nomen à poſteris celebretur, quam ut nonnullam ſuorum laborum partem impertiẽtes vtilitati eorum conſulerent. Quis horũ quantacunque fuerit rerum ſcientia inſtructus, aut facundia ornatus, aut eloquentia præditus, penitus inuidiam euadere potuit? nonne hac noſtra tempeſtate cernimus, etiam antiquiſſimorum auctorum, qui per plura ſecula ab inuidia quieuerunt, ſcripta ab exurgentibus nouellis ſciolis cedi, conculcari, radi, diſcerpi, lacerari? Quid dicam? cum nec illi, quorum calamum diuinus ille direxit ſpiritus, omnium artifex, omnem habens ſcientiam, omniaque pro-

Digitized by Google

ſpiciens, ab inuidia, & calumnia immunes fuerunt, aduerſus quos, & uerbis, & ſcriptis acerrimè pugnatum eſt. Quapropter huiuſcemodi inuidiam aliqui fugientes, ſe ipſos à tam prçexcellenti induſtria, honeſtis laboribus, atque ex utraque parte utilibus ſtudijs retraxerunt; huiuſmodi enim ſunt plerique hominum, qui uidentes honeſtis actionibus parari inuidiam, atque calumnias, propter animi mollitiem, ueluti effçminati, magis otium ſibi elegerunt; Saluſtianum illud paratum in ore ſemper habentes (fruſtra niti, & nil aliud, niſi odium quærere, extremæ dementiç eſt) quod uerbum licet in ſe uerum ſit, (nam omninò ſine fructu niti, & nihil aliud quærere, niſi odium, certè non paruæ dementiæ eſt) tamen non rectè in ignauiæ, & otij patrocinium à multis aſſumitur; qui propter effçminatam animi mollitiem, non ferentes odium, quod ſecum quantauis ſit optima induſtria, ſemper adducit, ceſſant ab his, & ſimilibus honeſtis, & præclaris actionibus, ac ſtudijs: quibus tum ſibi, tum proximis proficere, tum denique (quod optimum eſt) Dei nomen ſanctificare, eiuſque gloriam magnificare, & potuiſſent, & debuiſſent. Hi ſunt illi ſtulti, qui ab opere deſiſtentes, complicant manus ſuas, ut inuidiam euadãt. Hi quidem dicunt in corde ſuo, melior eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore, & animi afflictione: plus, inquiunt, uoluptatis habeo in otio uiuens, & mecum habitans, atque ab omni induſtria, & magnifica actione meipſum ſubducens, quam ſi in magnis, & arduis multa ſolicitudine, & afflictione animi uerſarer; quæ ex proximorum inuidia obuenit omnibus, qui aliquod magnificum, & prçclarum tentauerint. Ex quo ignaui à Domino repræhenduntur, & ut ingrati puniuntur: ita & pigrum ſeruum in Euangelio Matth. legimus complicaſſe manus ſuas, quando Domini talento in terra abſcondito, ſecurus in otio quieuit, dum interim alij fideles, ſua induſtria ad lucrum Domini operarentur: unde audiuit à Domino, Serue, male, & piger, ſciebas, quia meto, ubi non ſeminaui, & congrego, ubi non ſparſi: oportuit

tuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, vt veniens ego, recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Videant ergo iſti mali, & ſtulti homines noſtræ tempeſtatis manus ſuas complicantes, qui non modo manus ad opus extendere nolunt, quid ſe dignum exercentes, verum etiam, quod peius eſt, prius in ſeipſis ex inuidia perſecutionem patientes, & ſe macerantes, odio, & obtrectatione operoſos, & ſtudioſos perſequuntur, ne ſimile in ſe audiant à domino proferri iudicium: qui manus complicatas, & otioſas odit, amat autem extenſas, & operoſas: Dicente illi, qui talentum accipiens, in terram fodit: tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta: omni enim habenti dabitur, & abundabit: illis autem, qui non habent, habere nolunt, immò habentibus inuident, dicetur, auferetur ab eis: & inutili ſeruo ſubiungit, proijcite eum in tenebras exteriores. Ego autem, ne inter molles connumerari uidear, & apud Dominum, ut piger reprehenſione dignus efficiar, dum in talento mihi tradito non exercerer, otium fugiens, alteram partem elegi, malens inuidiæ, & calũniis proximorum me exponere, quam ut reprehendar de dato mihi talento non multiplicato, tuæ confidens Amplitudini, cui hoc opus dicaui, ut me ab inuidis hominibus, & calumniantium obtrectationibus defendas. Nec inconſultè te Dominum meum elegi: nam mecum mente obuoluens, quis te præſtantior eſſe poſſet, qui ad hoc ſe exponeret, & expoſitus præualeret: tandem conſiderans animi tui benignitatē in amplectendo, fortitudinem in defendendo, ac potentiam in præcipiendo, alium, qui ad hoc plura poſſet, iudicaui neminem. Ad hoc item me inuitat illa præclariſſimi Saluſtij ſententia. Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare ceteris animantibus, ſumma ope eniti decet, ne uitam ſilentio prætereant, ueluti pecora, quæ natura prona, & ventri obedientia finxit. Qua quidem de cauſſa, Deum otioſis non adeſſe, Meander affirmabat. Et meritò: nam iuxta omnium ſapientium ſententiam: bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum: quod quidem, cum ſit proprium illius ſummi artificis, & hujus molis

architecti, verificatur vtique in creaturis omnibus, eius bonitatis veſtigium ferentibus: Enimuero ſi elementa ſpectes nonne incredibili facilitate ſuorū nobis vſum permittunt? ſi ad cōpoſita te vertas, nonne ſuis uirtutibus multos ſine pugna iurare vides? ſi herbas, & plātas perſpexeris, nōne mortalibus adiumentū præſtant? ſi cuncta animalia intuitus fueris, quæ commoda homini, pro vita degenda ipſa negant? nonne omnibus ipſius neceſſitatibus ſe exponunt, vt ſua fert cuiuſque natura? ſi corpora cæleſtia admiratus fueris, nonne ſuis continuis, & varijs motibus eorum varias virtutes ſuis influxibus hic inferius communicant? Et denique ſi angelicas uirtutes, menteſque adiunctas, nonne pro variis officiis, homini deſeruire, prodeſſe, & benefacere inueneris? vt omnia ſuo factori, Creatori, ac Dominatori Deo in bonitate communicanda conformarent. Cur igitur homo, in quo non modo ueſtigium, ut in ceteris creaturis relucet, uerum etiam quod altius eſt, quandam ſimilitudinem, & imaginē Dei præſefert, non imitabitur, in communicando proximo quod in ſe bonitatis experietur habere? Quod agnoſcens ſapientiſſimus ille naturalis hiſtoriæ obſeruator, dicit: Deus eſt, mortalem iuuare mortalem. Hinc illud diuulgatum: Homo homini Deus, hoc eſt, ſicut Deus omnium creator, ſimul & prouiſor, ſuam bonitatem communicando, hominem conſeruat, & paſcit, ita homo homini benefaciēs, Deū imitando, homini Deus eſt. Debet ergo homo otium fugiēdo, uirtuoſis, honeſtis, & utilibus actionibus ſe applicando, poſteros ut poteſt, iuuare. His de cauſis adductus, mi Colendiſſime Domine, aliquem ſtudiorum meorum partum more vrſino in lucem proferre conatus ſum: in prima enim editione, quaſi fœtum inorganizatum peperi, in hac autem ſecunda illummet circum lambendo, admodum Vrſæ ſuum fœtum, & addendo, in meliorem formam reduxi. Et quamuis opus hoc non ſit tam magnificum, tamq; glorioſum, ut tali, tanto, tamq; præclaro patrono, ac protectore dignū eſſe mereatur, tua tamen fretus incredibili humanitate, qui non dedignaris humilia reſpicere, talia auſus ſui, ut hoc munuſcu-

lo me

lo me quamuis indigniſſimum in tuorum numerum aſcriberes.
Alia ſe offert ratio: cum enim opus de Religione tractet, non eſt
inconueniens religioſis, religionem defendentibus, ac protegenti
bus, religioſa amplecti, ut religio augeatur: in illo namque inue-
nies, tum ex Sacræ Theologiæ, tum iuris Canonici campis, de-
cem flores electos, quibus coronam intexui, non regis capitis: ſed
pectoris ſapientium ornamentum magis precioſum: qua Corona,
quoque ornamento illos inſignire, & ornare profiteor, qui in vinea
Domini ſine ſufficienti doctrina fodiunt: ut ſi quid lucis in opere
inuenietur, eo poſſint alios illuſtrare, cum ipſi populo ut lux mun
di expoſiti ſint: multi enim ad Dei Eccleſiam regendam deſtina-
ti ſunt, vt ſale ſapientiæ populos condirent, ac peccatorum fœto-
res extinguerent, qui, cum, ut ſal infatuatum ſint, minimè ſaliunt,
ideo hoc opere, Sedi Apoſtolicæ tradito, ſi vti velint, ſine er-
rore ſalient: eſt enim opus, & Catholicum, & imperitis non pa-
rū vtile. Et ſi fortè (quod non credo) aliquod mendoſum, Illuſtriſ-
ſime, & Reuerendiſſime Domine, inueneris, precor, corrigas, ob-
ſerues, addas, minuas, ac deniq; quidquid cenſura opus habet adi-
mas: nam, & illud, & me Sacro Eccleſiæ iugo ſubmitto: vnum præ
ceteris petens, ut pro tua humanitate ac fide, qua ut ophides mar
mora, adamas inter gemmas, aurum inter metalla, Sol inter Syde
ra fulgentiſſimus eluces, quod opera, & induſtria noſtra effectum
eſt, ita ſinu excipias, ita protegas, ut tibi gratiſſimum eſſe ſentiam,
eaque poſtremum beneuolentia hoc quidqui ſit, ſuſcipias, qua
componendum curaui. Vale.

Digitized by Google

INDEX FIDELISSIMVS HVIVS PRIMAE PARTIS SVMMÆ CORONÆ CONFESSORVM.

In quo littera a, denotat primam paginam, b, ſecundam.

A

ABſtinentia virtus quæ bona pariat, & plura de abſtinentia. 36.b
Abſolutio facta ab excõicato an teneat. 66.b
Accidia vnde dicatur,& eius deſinitio. 47.b.
Accidia eſt peccatum mortale. 48.a
Accidiæ filiæ,& quomodo naſcantur. ibid.
Accidia differt à negligentia, & pigritia. 48.b
Adulterium quotuplex ſit. 28.a
Affinitas ex quo actu carnali contrahatur. 28.b
Affines qui propriè dicantur. ibid.
Affinitatem ſpirituale͂ qui contrahant. 30.b
Ambitio,& de ea. 21.b.22.a
Anima vnde dicatur peccatrix. 4.a
Anima peccando amittit duplicem nitorem. ibid.
Appetitus inordinatus eſt duplex. 35.a
Attritio quid ſit,& unde dicatur .67.b & plura de Attritione. 68.b
Attributa diuina ęqualiter prędicantur de tribus perſonis. 59.b
Attentio quid ſit, eſt triplex. 54.b
Attentio quæ debeatur in recitando officio. 55.a.b.& 59.a.b
Auaritia duplex. 26.b
Auaritia opponitur liberalitati, & iuſtitiæ,& eſt idolorum ſeruitus. 27.a
Auaritię filię quę. 76.b
Auaritia confeſſorum reprehenditur. 79.a
Aureola virginitatis cui debeatur. 34.a
Aureola quando amittatur à monialibus. 34.b

B

BLaſphemia quid ſit. 42.b
Blaſphematur quinq.modis Deus, ibidem.
Blaſphemię Hiſpanorum. 43.a
Blaſphemia ęſt peccatum mortale per ſe. 43.b
Blaſphemia in quibus caſibus non ſit mortale. ibid.
Blaſphemare proximum, & ei maledicere quando ſit mortale. 44.a
Blaſphemia maximum peccatum.ibid.
Blaſphemia publica reſeruatur epiſcopo,& quando ſit publica. ibid.
Bonitas quare attribuatur ſpirituiſancto. 60.a
Bona temporalia deſiderare, quando ſit peccatum, & quando non. 45.b
Bonum diuinum eſt triplex. 47.b
Bulla Pij V. de recitatione officij, & eius interpretatio. 50.a.b

Caſus

Digitized by Google

CAſus neceſſitatis quando ſit. 7.a
Caſus in quibus confeſſor poteſt reuelare peccata ſibi confeſſa. 75.a
Circunſtantię unde dictæ, & quot ſint 61.b
Circunſtantię quę ſint, & plura de eis. 62.a.& ſeq.
Cibi q̄ prohibeātur in die ieiunij. 38.a
Concluſiones de ignorantia. 8.a
Concubitus coniugatorum quādo ſit illicitus. 32.b
Cognatio ſpiritualis ad quid contrahatur. 29.b.& 30.a
Confeſſio quando eſt ſacramentalis, & quando non. 72.b
In Confeſſione ſacramentali tria ſunt conſideranda. 66.b
Confeſſio quando ſit reiteranda. 66. b.& ſeq.
Confeſſio per quæ inualidetur. ibidem
ad Confeſſionem quomodo accedere debeamus, ut ſit inualida. 69.b
Confeſſores imperiti. 8.a
Confeſſio quando non ſit ſacramentalis. 72.a
de Confeſſoribus plura. 76.a
Collatio facienda in die ieiunij, & plura de hoc. 38.b
Conditiones confeſſionis, ut ſit valida. 77.a.& ſeq.
Conſilia conferunt ad beatitudinem conſequenda, quæ reducuntur ad tria. 6.a
Conſcientia erronea facit peccatum mortale. 43.a
Contemptus quando dicatur. 7.b
Continentia maritalis quando ſit ex præcepto. 7.a
Contritio differt à diſcordia. 26.a
Contritio quid ſit. 67.a
Contritio eſt duplex. 69.a
Curati non reſidentes quibus pœnis ſint innodati. 51.a
DAmnum quod ſequitur ex confeſſionis dilatione. 79.a
de Dæmone incubo & ſuccubo plura. 29.a
Decretum de recitatione officij, & eius interpretatio. 49.b
Defectus qui reddant confeſſionem inualidam. 66.b 67.
Definitio vniuerſalis peccati mortalis. 4.b.& 5.a
Definitio ſuperbiæ. 19.a
Delectatio moroſa quid ſit, & quando ſit peccatum mor. 9.a.& b.
Delectatio ut delectatio, non eſt peccatum, ſed electio. 18.a
Delectatio tactus quando ſit peccatum. 31.b
Delectatio in cibo, & potu quando nō eſt peccatum. 35.a
Deus offenditur per peccatum. 4.a
Deus quomodo dicatur cauſa peccati. 16.a
Deus in adiutorium, &c. quare dicatur in principio officij. 56.a
Deus non denegat gratiam facienti quod in ſe eſt. 68.a
Deum quantum diligere teneamur in hac vita. 70.b
Deuotio q̄d ſit, & quis dicatur deuotus. 54.b
Diabolus non poteſt cogere ad peccandum. 79.a
Differentia inter peccatum mortale & ueniale. 1.b
Differentia inter attritionem, & contritionem. 68.b
Differentia inter ſigillum cōfeſſionis, & ſecretum. 72.b
Dignitates deſiderare an ſemper ſit malum. 22.b
Diligentia de recordatione peccatorum

rum eſt neceſſaria. 71.a
Diſcordia quando ſit mortale. 25.b
Diſcordia quando ſit iuſta. 13.a
Diuitiarum ſtatus periculoſus. 27.b
Dolor de peccatis quid ſit. 67.b
Dolor de peccatis quãtus eſſe debeat 70.a.b.71.a

Ebrietas tripliciter poteſt præueni re, & quando ſit mor. 35.b. de de Ebrietate multa. 36.a
Eleemoſyna quando ſit in pcepto. 7.a

F

Foemina quid miniſtret in genera tione, & quare non ſemper ge neret. 29.a
Felicitas hominis duplex. 20.a
Furtum quãdo ſit peccatum veniale. 10.a
Furtum habet duplicem rationẽ pec- cati. 11.b

G

Gloria quid ſit. 22.a.
Gulæ definitio, & eius ſpecies 35.a
Gulæ filiæ. 36.a
Gulæ peccatum eſt peccatum corpo- rale. ibid.
Guloſi vita breuis, & quandoque ſubi to moriuntur. 36.b

H

Homo tripliciter poteſt peccare ſolo cogitatu. 9.a
Hominis deſcriptio comparati mun- do. 17.a
Homo in quadruplici ſtatu poteſt cõ- ſiderari, & qui ſint hi ſtatus. 17.b
Honor eſt teſtimoniũ excellẽtiæ. 21.b
Honor eſt prœmium virtutis, quomo- do intelligatur. 22.a
Hora ſumẽdi cibũ tẽpore ieiunij. 37.b
Humilitas eſt triplex, & quod ea eſt fundamentũ omniũ virtutũ. 21.a.b
Hypocriſis, & plura de ea. 24.b.25.a
Hypocritas cognoſcendi modus 25.a

I

Iactantia quando ſit mort. 24.a
Ieiunium Hebræorũ quid ſignifi- cabat. 36.b
Ieiunium eſt de iure diuino, quod cõ- ſideratur dupliciter. ibid.
de Ieiunio plura. 36.b.37.a.b.38.a
Ieiunare non tenemur à Paſcha vſque ad Pentecoſtem. 37.a
Ieiuniũ non frangitur per parum. 39.a
à Ieiunio qui excuſentur. 39.a
in Ieiunio quis poſſit diſpenſare. 40.a
Ieiuniũ frangens quoties peccet. ibi.
à Ieiunio abſoluti an poſſint comede- re carnes. 40.b
Ignorantia quotuplex ſit, & plures eius ſpecies. 7.b.8.a
Inaduertentia minuit rationem pec- cati. 9.b
Inobedientia, & eius definitio. 26.b
Inceſtus quid, & quod natura eum ab horreat. 28.b
de Inceſtu plura. 29.b
Indignatio quando ſit peccatum, & quando non. 46.a
Inuidia, & eius definitio. 45.a
Inuidia eſt inter pares. ibid.
Inuidię ſunt quinque ſpecies. 46.b
Interrogationes qũo debeant fieri de circunſtantijs peccatorum. 64.b
Imago Dei maculata in homine. 3.a
Ira & eius definitio. 40.b
Ira quando non ſit, & quando ſit pec catum. ibi.41.a
Ira quando eſt actus uirtutis. 41.b
de Ira multa corollaria. 41.b.42.a
Iræ ſpecies ſunt tres. 42.a
Iræ filiæ. ibid.
Ira ianua omnium peccatorum. ibid.
Iudas propter auaritiã perdidit Chri- ſtum. 27.b

Digitized by Google

Iudicij diem quomodo neſciat filius hominis. 76.b
Iuſtificatio impij quid ſit,& quomodo fiat. 69.b

L

LAborantes excuſantur à ieiunio. 39.b
Leges,& ſtatuta humana quando obligent ad mortale. 12.b.13.14.15.
Lucifer peccauit peccato luxuriæ, & auaritiæ. 27.b
Luxuria quid ſit, & eius ſpecies. 27.b. 28.a
Luxuria vnde dicatur vitium capitale. 33.a
Luxuriæ filiæ. ibid & b
Luxuria quæ mala gignat. ibid.

M

MAcula quid ſit,& vnde dicatur. 4.a
Malit a quorũdã pęnitẽtiũ. 79.a
Martyrium quã ſit in præcepto. 7.a
Matrimonium inſtitutum à Deo in officium naturæ,& à Chriſto in ſacramentum. 28.a
Meritum de congruo quid ſit. 68.a
Mentientes in confeſſione quando peccent mortaliter. 77.b
Miſſam audire tenentur omnes Dominicis,& feſtis diebus. 58.b
Miſſam vnam ſolum ex præcepto tenemur audire in die Natalis Dñi. 58.b
à Miſſa audienda qui ſint exempti. ibid.
Miſſam totam tenemur audire. 59.a
dum Miſſa auditur an poſſit perſolui officium. ibid.
Mulier inuitè violata non peccat. 31.b
Mulieres prægnantes, & lactantes excuſantur à ieiunio. 40.a
Multa peccata venialia nunquam faciunt unum mortale. 11.a

N

NEceſſarium eſt duplex ſimpliciter,& ſecundum quid. 54.b
Neceſſitas excuſat à furto, homicidio, & obſeruantia feſti. 11.a
Negligentia vnde dicatur, & quando ſit peccatum mortale. 48.b
Nobilitas,& plura de ea. 19.b.20.a.b
Nouitij conuerſi ad quid teneantur, loco recitationis officij. 49.a

O

OBiectum contritionis q̃ ſit. 67.b
Obſtetrices falsò vocantur commatres à vulgo. 30.a
Odium,& plura de eo corollaria. 36.b
Oſcula & amplexus quæ peccata ſint. 32.b
ad Officij recitationem qui teneantur. 49.a
ab Officij recitatione quæ infirmitas excuſet. 49.b
Officiũ i quo loco recitari debeat. 50.a
Officij recitandi tempus. 51.b
Officium diſtinctum in ſeptem horas quid ſignificet. 51.b.52.a
Officium poteſt differri uſque ad mediam noctem. 52.b
Officium poteſt à ſero anticipari. ibid.
Officium an neceſſe ſit recitari ante celebrationem miſſæ, plures rationes, & replicæ. 52.b.& ſeq.
Officium quomodo dicẽdum ſit. 54.a
de Officio recitando quędam concluſiones. 55.a.& ſeq.
Officium qui recitat ſine deuotione, an ſatisfaciat. 55.a
Officium dum perſoluimus, an liceat aliqua meditari. 57.a
Officium omittere eſt peccatum mortale. 58.a
Officium malè ſatisfactum an teneamur reiterare. 58.b

Omni

Omnipotentia quare attribuatur patri. 59.b
Orationis effectus quattuor. 55.a
Oratio quid ſit. 57.b

P

PApa etiam non poteſt præcipere, vt confeſſio reueletur. 76.a
Pauperes qui non teneantur ieiunare. 39.b
Peccata reſeruata quomodo confiteri debeant. 78.a
Peccatum quando poſſit taceri in confeſſione. 71.b
Peccare ſolo cogitatu tripliciter poteſt homo. 9.a
Peccare quid ſit. 3.a
Peccatum unde dicatur mortale, 3.b & unde capitale. 18.b
Peccatum mortale eſt duplex. ibid.
Peccatum ueniale eſt duplex. ibid.
Peccatũ quare dicatur defectus, offenſa,& macula,malum,& culpa. 4.a
Peccati plura nomina. 4.b
Peccatum conſiſtit circa tria. ibid.
Peccatum ſuperſtitionis. 5.b
Peccatum quando ſit mortale,& quando veniale,ex propria natura. 6.a
Peccata communia quæ. 8.a
Peccatum habet plures cauſas, & quæ ſint. 16.a
Peccatum eſt quid voluntarium. 31.a
Peccatum in ſpiritumſanctum quid ſit quod tripliciter accipitur. 59.b
Peccati in Spiritum S. ſex ſpecies. 60.b
Peccatum in ſpiritumſanctum q̃uo nõ remittitur in hoc ſeculo,neque in futuro. ibid.
Peccatum quantum odiri debeat. 70.b
Penſionarij tenentur recitare ſaltem Off.B.Virg. 50.a
Pœnã ſenſu, non eſt æterna ex ſua natura. 4.b
Pœna æterna per pœnitentiam fit temporalis. ibid.
Pœnitentiã in publico cur non liceat imponere. 74.a
Pigritia quid ſit, & quid deſidia. 48.b
Pœnitens excõicatus an debeat abſolui prius à peccatis, poſtea ab excõicatione. 76.b
Pœnitens ſi non vult acceptare pœnitentiam,quid debeat facere confeſſor. 79.b
Peregrinãtes excuſant à ieiunio. 39.b
Perfectio ſupernaturalis hominis in quo conſiſtat. 3.a
Perfectio ultima hominis. 20.a
Pertinacia quid. 25.b
Pollutio nocturna, & plura de pollutione. 31.a.32.b
Potentię ſenſitiuæ,& intellectiuæ q̃uo cõcurrant ad peccatum. 16.b.17.a
Præcepta humana ad quę ſe extendãt. 56.b
Præceptum de auditione miſſæ explicatur. 58.b
Præſumptio,& quãdo ſit mortale. 24.a. b
Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, q̃uo intelligendum. 41.a
promiſſio q̃uo obliget ad mortale. 12.b
Pſalmos tot recitare in officio ad quid deſeruiat. 57.b
Pueri uſque ad quod tempus non teneantur ieiunare. 39.b
Publica pœnitentia imponenda ne ſit. 74 b
Purgatorium quare fuerit factum. 4.b

Q

QVadrageſimæ tres celebrabantur in primitiua eccleſia. 37.a
Quadrageſimæ ieiunium:quid ſignificet. 37.a
Quattuor tẽpora quare inſtituta. 37.b

Regu-

Digitized by Google

R

Regula ad reducendnm peccata ad memoriam. 71.b
Religioſi vbi teneantur dicere officium. 51.b
Religioſi tenẽtur dicere horas canonicas diſtinctè. 52.a

S

Sacerdos reuelans confeſſionẽ quomodo puniatur. 75.a.b
Sacrilegium,quid,& quotuplex.30.b.
Sacrilegium eſt triplex. 63.b
Sacrum eſt quatruplex. 63.b
Sapientia quare attribuatur filio.59.b
Scandalum eſt duplex, actiuum & paſſiuum. 63.a
Scandalum per ſe, & Scandalum per accidens. ibid.
Scurilitas quid ſit, & quando ſit mortale. 36 a
Secunda perſona in Trinitate,quod eſt uerbum,quare dicatur filius. 59.b
Senes quando non teneantur ieiunare. 49.b
Sigillum confeſſionis ſacramentalis quid ſit,& unde dictum. 72.b
Sigillum ſecreti quando reuelare teneamur. ibid.
Sigillum confeſſionis eſt omnino cuſtodiendum. 73.a.b
Sig llum non frangitur,quando cõfeſſor aliunde ſcit peccata ſibi confeſſa, & qũo ea poſſit reuelare. 74.a
Sigillum infringere ex nulla cauſa licet. 75.b
Spiritus ſanctus tripliciter accipitur. 59.b
Spiritus ſanctus operatur ſex effectus in noſtra conuerſione. 60.b
Status primi hominis. 31.b
Stuprum quid,& quotuplex. 31.a
Superbia q̃d ſit, & vnde dicatur. 18.b
Superbię ſpecies quattuor. 19.a
Superbia ex ſua natura eſt peccatum mortale, quia directè tendit contra Deum, & quomodo ſit ueniale.ibi.
Supbiæ occaſiones quatuor,& q̃.19.b
Superbia eſt duplex, Leonina, & canina. 21.a
Suſurratio quid ſit. 46.b

T

Tabelliarij excuſantur a ieiunio. 39.b
Tempus ieiunandi. 37.a.
Triſtitia cauſatur ex inuidia, & quando ex timore. 45 a
de Triſtitia plura. 45.46.a.47.b 48.a

V

Vanagloria, & eius definitio. 22.b
Vanagloria quando ſit peccatum mortale. 23.a
Vanęglorię filiæ quæ ſint. 24.a
Venereus actus ad quid ordinatus à Deo. 28.a
Veritas odium parit. 47.a
Veſtium precioſarum uſus quando ſit mortale. 23.b
Vigilia Pentecoſtes an ſit ieiunandum. 37.b
Vim ui repellere licet. 11.a
Virginitas quid ſit, quæ eſt duplex, naturalis,& moralis. 53.b
Virginitas cognata angelis. ibid.
Virginitas vera tria requirit. 34.a
Virginitas quando, & quomodo amitti poſſit. ibid.& b
Virtutes ſunt gratiæ gratis datæ. 21.b
Vitium contra naturam habet plures ſpecies,& quę ſint. 64.a
Votum caſtitatis in monaco eſt de eſſentia religionis. 62.a

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMARIVM

EARVM RERVM

Quæ continentur in hoc primo capitulo circa peccata.

1 *SVpernaturalis perfectio hominis conſiſtit in amore Dei, & proximi.*
2 *Peccatum mortale vnde dicatur mortale.*
3 *Differentia inter peccatum mortale, & veniale.*
4 *Tam peccatum mortale, quam veniale eſt duplex.*
5 *Peccatum in ſacra ſcriptura variè nominatur.*
6 *Peccatum dicitur defectus.*
7 *Peccatum dicitur offenſa.*
8 *Peccatum dicitur macula.*
9 *Anima vnde dicitur formaliter peccatrix.*
10 *Macula quid eſt, & vnde dicitur.*
11 *Peccatum dicitur malum.*
12 *Peccatum dicitur culpa.*
13 *Peccatum dicitur reatus.*
14 *Pœna ſenſus non eſt æterna ex ſua natura.*
15 *Peccatum dicitur iniquitas.*
16 *Dicitur propriè peccatum.*
17 *Definitur vniuerſaliter peccatum mortale, tam illud, quod eſt ſua natura tale, quàm ex cauſa, & eius partes per ordinem declarantur.*
18 *Definitur peccatum mortale proprium ſecundum Auguſtinum.*
19 *Ponitur prima diſtinctio inter peccatum mortale, & veniale, quantum ad eorum naturam.*
20 *Ponitur ſecunda diſtinctio, ſcilicet quando illud, quod eſt veniale ex ſua natura efficitur mortale ex cauſa.*
21 *Perfectio hominis conſiſtit in tribus votis Religionis, & omnia alia conſilia reducuntur ad hæc tria.*
22 *Martyrium quando eſt in præcepto.*
23 *Eleemoſyna quando eſt in præcepto.*
24 *Ponitur tertia diſtinctio, ſcilicet quando peccatum mortale ex ſua natura efficitur veniale ex cauſa.*
25 *Ponitur, quotuplex eſt ignorantia, & quæ illarum excuſat.*
26 *Delectatio moroſa quid eſt, & quando eſt peccatum mortale.*
27 *Furtum quando erit peccatum veniale.*

28 *Declaratur dubium pulchrum, ſcilicet quanta debeat eſſe quantitas furata, vt iudicetur veniale.*

29 *Neceſſitas excuſat à furto, homicidio, & obſeruantia feſti, ut non ſint peccata mortalia, & quare.*

30 *Statuta, & pragmaticæ ut obliget ad mortale eorum obſeruantia, quattuor conditiones habere debent.*

31 *Promiſſio ſine iuramento, quando obliget ad mortale.*

32 *Diſpenſatio quando ſit iuſta.*

33 *Declaratur pulchrum dubium, ſcilicet, an leges poſitiu obligent nos ad earum obſeruantiam ſub reatu peccati mortalis.*

34 *Narrantur cauſæ, & occaſiones peccati.*

35 *Quomodo ad peccandum actualiter concurrant potentiæ ſenſitiuæ, & intellectiuæ.*

36 *Quomodo in parte ſenſitiua poſſit cadere peccatum.*

37 *Deſcribitur eſſe hominis ſecundum quattuor ſtatus comparando ipſum huic mundo materiali.*

38 *Declaratur ſeptem peccata mortalia, dici capitalia, ipſa ſola.*

39 *Superbia quid ſit, habet quattuor ſpecies, quando eſt mortale.*

40 *Ponuntur occaſiones, quæ producunt ſuperbiam, inter quas tractatur de vera nobilitate.* 41.

42 *Ponitur uirtus humilitatis ſuperbiæ contraria.*

43 *Ambitio quid eſt, & quomodo à ſuperbia differat.*

44 *Deſiderare dignitates, quando eſt mortale hic explanatur.*

45 *Vanagloria quid eſt, & quomodo à ſuperbia, & ambitione differat.*

46 *Vſus veſtium precioſarum, & ſuperfluus cultus earum, quando ſit peccatum mortale.*

47 *Iactantia, vt filia vanagloriæ quid eſt.*

48 *Præſumptio quid eſt.*

49 *Hypocriſis qui eſt.*

50 *Pertinacia quid eſt.*

51 *Diſcordia quid eſt*

52 *Contentio quid eſt.*

53 *Inobedientia quid eſt inquantum eſt filia ſuperbiæ.*

54 *Auaritia eſt duplex: vna opponitur liberalitati, altera opponit iuſtitiæ.*

55 *Luxuria vnde dicatur, dupliciter ſumitur, quas ſpecies habeat.*

56 *Adulterium eſt quaduplex, quid eſt.*

57 *Inceſtus: quid etiam gentiles eum fugiebant, & natura abhorret.*

58 *Affinitas in quo actu carnali propriè contrahitur, vt eo vtentes inceſtuoſi dici poſſint.*

59 *Cognatio ſpiritualis, per quid contrahitur, quid eſt, impedit matrimonium, & in quo actu propriè ſacramenti contrahitur*, nu. 60.

Sacri-

Digitized by Google

61 *Sacrilegium quid eſt: quotuplex eſt eius pœna.*
62 *Struprum quid eſt, & eſt triplex.*
63 *Peccatum contra naturam habet multas ſpecies, & omnes ſunt mortalia peccata.*
64 *Examinatur quando pollutio nocturna eſt peccatum, & quando impedit celebrationem.*
65 *Oſcula, & amplexus quæ peccata ſint.*
66 *Filiæ luxuriæ, & quot ſint.*
67 *Virginitas quid eſt, duplex eſt, quomodo amittitur, & recuperatur, aureola quando amittitur.*
68 *Gula quid eſt; quando eſt peccatum mortale cum ſit, quòd delectatio in cibo, & potu abſolutè ſit naturalis, quot ſpecies habet.*
69 *Ebrietas triplici de cauſa prouenire poteſt, q̃n eſt peccatum mortale.*
70 *Dubitatur, ſi peccata prouenientia ex ebrietate, imputentur ebrio.*
71 *Ebrietas voluntaria, an poſſit eſſe quandoque ſine peccato: & ſi procuratur proximo, quod peccatum erat.*
72 *Peccatum gulæ etſi non ſit multum graue, eſt tamen periculoſum.*
73 *Virtus abſtinentiæ quæ bona parturit contra gulam, in omni ſtatu neceſſaria fuit.*
74 *Ieiunium eſt de iure diuino; dupliciter conſideratur, quos obligat.*
75 *In ieiunio eccleſiæ conſiderantur quattuor, ſcilicet tempus ieiunandi, vbi reſoluitur, an in vigilia Pentecoſtes debeamus ieiunare.*
76 *Declaratur hora ieiunandi quo ad ſecundum.*
77 *Declaratur quibus cibis abſtinendum in die ieiunij, quo ad 3.*
78 *Quot refectiones ſint faciendæ die ieiunij, quo ad quartum.*
79 *Collationem ſerotinam quis facere debeat, quomodo ſit facienda. quando frangit ieiunium.*
80 *Quæ perſonæ excuſantur à præcepto ieiunandi, & excuſati quid comedere teneantur; diſpenſatio q̃n non valet, & quis diſpenſat in ieiunio.*
81 *Frangens ieiunium quoties peccat.*
82 *Abſolutus à ieiunio ſi poteſt comedere carnes.*
83 *Ira quid eſt, reſpicit duo obiecta: quando eſt, vel non eſt peccatum.*
84 *Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, quomodo debet intelligi.*
85 *Ponuntur tres ſpecies iræ, ſ. ira fellea, inſania, & amara, & difficilis, quæ vocatur furor, quare peccatum capitale, ponuntur eius filiæ.*
86 *Tractatur de blaſphemia ad plenum, quando dicitur publica.*
87 *Inuidia quid eſt, quomodo differat ab æmulatione: quæ ſunt eius filiæ.*
88 *Ponuntur quinque ſpecies inuidię.*
89 *Odium quid eſt, & quis odiari poteſt.*
90 *Accidia vnde dicatur, quid ſit, quare eſt peccatum mortale, & capitale, quomodo gignit ſuas filias, & quæ ſunt illæ.*

Digitized by Google

91 *Accidia quomodo differt à negligentia, pigritia, & deſidia.*
92 *Officium diuinum quis recitare tenetur cum Decreto Concilij Lateranenſis, & qui excuſantur ab eo.*
93 *Locus, vbi Officium recitari debet, cum Extrauaganti Pij V.*
94 *Tempus, quo dicendæ ſunt horæ canonicæ; eas eſſe diſtinctas in ſeptem horas quid ſignificet.*
95 *Dubitatur ſi Officium matutinale poſſit à ſero anticipari, & qua hora ſerotina.*
96 *Dubitatur ſi anta celebrationem miſſæ ſit neceſſe officium recitare.*
97 *Officium diuinum debet perſolui attentè, & deuotè, quomodo intelligitur, & quando his deficientibus non ſatisfit.*
98 *Dubitatur an licet aliqua meditari, inter recitandum officium, & quæ vagatio mentis facit, ut non ſatisfiat.*
99 *Tot Pſalmos recitare dum oramus, & aliquid petimus, quid iuuat.*
100 *Dubitatur, an liceat mutare officium, vel eius ordinem in toto uel in parte, & ſi ſatisfit.*
101 *Officium malè recitatum an ſemper teneamur reiterare, & quando.*
102 *Explicatur præceptum de audienda miſſa die feſto, & qui ſunt ab hoc præcepto exempti.*
103 *Dubitatur ſi dum miſſa auditur, poſſit perſolui officium.*
104 *Declarantur varij modi intelligendi peccatum in Spiritumſanctum, & quomodo intelligitur non remitti in hoc ſeculo, neque in futuro.*

CA-

Digitized by Google

CAPITVLVM PRIMVM.

De dignoſcendis peccatis mortalibus, & venialibus; & in quo conſiſtat ratio peccati in genere.

PERFECTIO hominis ſupernaturalis, vt ait D.Tho.2.2. q.27.art.6.conſiſtit in dilectione Dei,& proximi:per quam ordinamur ad ipſum Deum, vt ad finem vltimum ſupernaturalem. Dico (vt ad finem vltimum ſupernaturalem) inquantum enim eſt prima cauſa,à qua nobis communicatum eſt eſſe,& viuere,ordinamur ad ipſum, vt ad finem naturalem,per idem eſſe naturale,vt ait Philoſophus;ſed inquantum eſt creator, ſimul, & glorificator noſter, ordinamur ad ipſum, vt ad finem ſupernaturalem, medio amore:cum enim nos prius amaſſet, quam nos eum amauiſſemus, vt ait Ioãnes in Epiſtola Canonica,voluit in nobis condere ſuam imaginem,vt per eundem amorem,eum imitaremur, & hæc eſſet noſtra naturalis dignitas,ſi in nobis,tanquam in quodam ſpeculo,ſuę benignitatis imago reſplendeat.Debitus autem ordo ad illum finem,ſecundum aliquam regulam menſuratur;quamuis enim habeamus quandam naturalem inclinationem ad ipſum finem qua ordinamur ad illum,vt capaces ſuæ beatitudinis,& felicitatis æternę:tamen media ad ipſam,virtute naturali,non habemus:& ideo vocatur finis ſupernaturalis: quia noſtras vires naturales excedit. Vt autem homo ſciat actus ſuos ad Deum, vt ad finem vltimum ordinare, data eſt nobis regula, quæ non eſt aliud,niſi præcepta Diuina, & humana, fundata in amore Dei,& proximi,tanquam ducentia ex eorum obſeruantia ad ipſum Deũ benedictum, qui eſt noſtra beatitudo: Ideo noſtro primo patri Adę,tanquam illi, qui ex ſe ſolo, naturalibus principijs,in rectitudine regulæ manere non poterat,ſibi vna cum iuſtitia originali, data fuere dona gratuita, quibus ſe conſeruare poterat, ſi in rectitudine obſeruantiæ præcepti manere voluiſſet: à qua obſeruantia, cum declinauerit, præponens Dei dilectioni, amorem mulieris, paruipendens eius mandatum,vt mulieri complaceret,nedum maculauit,& quaſi deſtruxit in ſe ipſo imaginem Dei,verum etiam peccauit;peccare namque aliud non eſt,quam recedere à rectitudine regulæ: quæ regula eſt bonum conueniens homini ſecundum ſuam naturam,à quo diſcedere non debet. Vnde Auguſt.ait:Si ſeruaſſet in ſe bonum, quod in illo creauit Deus,ideſt imaginem ſuam,ſemper laudaret Deum,non ſolum lingua, ſed & vita. Omnis ergo actus, qui habet ordinationem circa finem vltimum,inquantum inde præponit dilectioni Dei dilectionem creaturæ,deuiat ab illa regula,quatenus eſt contra præcepta Dei, & ex conſequenti habet rationem peccati, à quo gratia Dei ſaluatoris noſtri nos reparat, Dum nos in ſuum

1 *Perfectio hominis in quo cõſiſtat S.Th. 2.2.q.25.art.1.c.in Hab.c.6.opuſc.18.c.3.1.10.4.*

Imago Dei in homine maculata.

Peccare quid ſit.

amorem accendi, quem non diligeremus, niſi prius ipſe nos dilexiſſet: vnde erigitur in ſecundo Adam, quod cecidit in primo. Quapropter, Sanctus Leo dicit. Diligens itaque nos Deus, ad imaginem ſuam reparat, & vt in nobis formam ſuę bonitatis inueniat, dat vnde ipſi quoque, quod operatur, operemur.

2 *Peccatū vnde dicatur mortale.* Eſt autem aduertendum, ſecundum eundem D. Thom. 1.2. q.88. artic.1. quòd peccatum mortale, ex eo quod diſtinguitur contra veniale, non dicitur mortale, quia veniam non inuenit apud Deum: nullum enim peccatum eſt tam graue, quod à Deo remitti non poſſit: vnde Cain magis peccauit, dicens: maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear, quam quando fratrem occidit: fecit enim (ſic dicens) iniuriam infinitæ miſericordiæ Dei. Sed dicitur mortale, metaphoricè: ſicut enim infirmitas corporalis, quæ mortem inducit per extinctionem alicuius principij intrinſeci, dicitur mortalis: ita peccatum, quod eſt infirmitas animæ, quando tollit principium ſpiritualis vitæ, dicitur mortale. Principium autem ſpiritualis vitæ eſt ordo ad vltimum finem: qui ordo eſt charitas Dei, & proximi, ſecundum quàm ordinamur ad Deum, vt dictum eſt. Illud verò peccatum, quod non eſt contra ordinem vltimi finis, ſed ſeruato fine, habet quandam deordinationem circa ea, quæ ſunt ad finem, non eſt contra tale principium, vnde veniale dicitur. Ex his ſequitur alia ratio: ex eo enim quòd peccatum extinguit principium intrinſecum ſpiritualis vitę, ideſt charitatem, eſt ex ſe irreparabile: quia non habet aliquod intrinſecum, per quod reparari poſſit, niſi virtutem Dei, quæ eſt principium extrinſecum. Vnde quam rectè aiunt ſacri Theologi, quòd homo non poteſt reſurgere à peccato mortali, ſine ſpeciali auxilio Dei iuxta illud Hierem. c.31. Conuertere me Domine, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus: poſtquam enim conuertiſti me, egi pęnitentiam: ideò dicitur mortale. Peccatum autem, quod eſt prę ter ordinem ad finem, ſeruato ipſo fine, poteſt per eundem reparari, vnde quia ab intrinſeco reparabile eſt, dicitur veniale.

3 *Differentia inter peccatum mortale & veniale.* Ex his colligitur hæc differentia inter peccatum mortale, & veniale, quod omnis actus, qui repugnat iuſtitiæ & charitati Dei, & proximi, de quibus data ſunt præcepta Diuina, Naturalia, Eccleſiaſtica, & ſtatuta humana, propter bonum commune, eſt peccatum mortale per ſe, & ex proprio genere. Illi autem actus, qui non ſunt contra huiuſmodi præcepta, ſed præter pręcepta, inquantum non obſeruant modum, quem præcepta intendunt, nec charitati Dei, & proximi contrariantur, de quibus dantur aliqua mandata, ſunt peccata venialia, ex genere, ideſt ex propria natura.

4 *Peccatum veniale duplex. Peccatū mortale duplex.* Secundò notandum eſt, quòd peccatum veniale eſt duplex, ſcilicet ex genere, vt dictum eſt, & ex cauſa: idem de mortali dicendum eſt, ſcilicet, quoddam eſt ex genere, & quoddam eſt ex cauſa, vt docet D.Tho. 1.2. q.77. art.1. ſed vt omnia iſta melius intelligantur, definiatur peccatum mortale, prout definit Nauar. in ſuo Manuali, præludio 9. num.7.

5 Verum quia (teſte Philoſopho) ſapientes quandoque falli poſſunt per fallaciam æquiuocationis, & peccatum eſt quid æquiuocum: ideo ne fallamur & nos, antequam definiatur, diſtinguendum, & declarandum eſt, peccatum enim variè accipitur in ſacra ſcriptura, nam quandoque dicitur Defectus, Offenſa, Malum, Macula, Culpa, Iniquitas, Reatus, & Pœna, Delictum, & Peccatum.

6 *Peccatū dicitur defectus.* Dicitur, (Defectus) quatenus inuenitur in natura, vel arte: natura enim in generatione cum intendat producere tale, quale ipſum eſt, ſecundum perfectionem ſpeciei generantis, dum autem contingit genitum non conſequi debitam diſpoſitionem, & proportionem generantis, ſecundum ſpeciem, vt accidit, quando producitur mõſtrum, ideſt homo cum vna manu, aut quattuor digitis, tibijs curuis,

Digitized by Google

uis, & ſimilibus: tunc defectus iſte naturæ peccatum eſt: deficit enim natura à ſuo fine, dum illum perfectè non attingit. Idem accidit in arte. vnde Ariſto. 2. Phyſic. dicit, peccatum contingit in his, quæ ſunt ſecundum naturam, & artem. Hinc Theologi (mortaliter loquendo) actiones noſtras, dum deuiant à recta regula, & via Dei dicentis, vię meæ viæ rectæ, peccatum vocauerunt.

Dicitur (offenſa) quatenus per illud Deus offenditur: non quòd per peccatum Deus patiatur aliquid in ſe: Deus enim nihil patitur, ſed oſtenditur contra nos, dum peccamus, ac ſi pateretur, & offenderetur: eo modo, quo quandoquè dicitur iraſci, ordinando nos ad pœnam, vel pœnitere, dum mutat decretum. 7 *Peccatum dici offenſam, quomodo intelligatur. Deus offenditur per peccatum.*

Dicitur (Macula) propter effectum, quem producit in animam: quamuis enim peccatum materialiter ſumptum conſiſtat in fieri, ideſt in actu deordinato, vt dicetur, tamen eo tranſacto, relinquit in anima quandam maculam, per quam anima formaliter dicitur eſſe in peccato: homo enim dicitur peccare, puta fornicando, vel blaſphemando, tranſacto illo fornicationis, aut blaſphemiæ actu, per quē dicetur peccator, niſi per maculam remanentem in anima? omnis enim denominatio fit ab aliqua forma. Sed difficultas eſt inter Doctores, quid ſit iſta forma, à qua anima denominatur peccatrix? Pro cuius rei intelligentia eſt breuiter aduertendum, quod macula propriè loquendo, dicitur eſſe in rebus corporalibus, & iſta cauſatur in corpore nitido, per contactum alicuius corporis ſordidi: per quem contactum amittit ſuum nitorem: in anima autem dicitur per ſimilitudinem: ipſa enim dum peccat, adhæret aliquibus rebus per amorem inordinatum, conuertendo ſe ad ipſas, & auertendo ſe à Deo: quæ quidem adhæſio dicitur quidam contactus, per quem amittit duplicem nitorem, ſcilicet luminis gratię Diuinæ, per quem perficiebatur ad bene agendum, & luminis rationis naturalis: conuenit enim naturæ hominis, illum habere, hoc eſt, viuere ſecundum rectam rationem: dum autem peccat, puta, fornicando, licet in genere entis talis actus ſit naturalis, tamen in genere moris, eſt contra debitum rationis, quia fornicans non vtitur ad illum finem, ad quem ordinatur ſecundum rectam rationem: ideo amittit illum nitorem: vnde priuatio huius vtriuſque luminis, ſcilicet gratiæ, & rationis, proueniens ex tali contactu, (macula) metaphoricè dicitur: quæ quidem macula, ſecundum D. Thom. prima 2. q. 86. art. 1. in reſponſione ad 3. non eſt pura priuatio, ſed priuatio in ordine ad cauſam, ideſt ad peccatum, à quo cauſatur, & ideo per reſpectum ad ipſum ſortitur diuerſos gradus in grauitate, & leuitate, diuerſa enim peccata, diuerſas maculas cauſant in anima, ſicut umbra, quæ eſt priuatio luminis, formaliter ſumpta, per reſpectum ad lumen, non ſuſcipit magis, & minus; ſed per reſpectum ad corpus, à quo cauſatur, ſuſcipit diuerſitatem, ſecundum magis, & minus, diuerſa enim corpora, ut obiecta, diuerſas cauſant umbras. Eſt amplius ſciendum (vt opinio iſta non patiatur inſtantiam) quòd macula habet duplicem rationem priuationis: vna eſt in ordine ad candorem gratię Diuinæ, & rationis naturalis, quatenus dicitur priuatio illarum, vt dictum eſt, & ſecundum hanc dicitur effectus peccati, eoque per peccatum homo priuatur illis; alia eſt in ordine ad amicitiam Dei, qua per peccatum priuatur, peccando enim amittit Dei amicitiam, & ſecundum hanc rationem, priuatio eſt, qua homo dicitur formaliter peccator: nam dum manet in tali inimicitia, dicitur manere in peccato, & cum illam recuperat, dicitur à peccato exire, & à macula mundari, quamuis hoc fiat per gratiam gratum facientem, tamen prius natura dicitur amicitiam recuperare, deinde infundi qualitatem illam gratiæ. 8 *Peccatum dicitur macula.* 9 *Anima vnde dicatur peccatrix formaliter.* 10 *Macula quid ſit, & vnde dicatur. Anima peccando amittit duplicem nitorem. Macula ſpriuatio, & habet duplicem rationem priuationis.*

Dicitur (Malum) inquantum priuat hominem omni boni ſpirituali, ut inferius dicetur. 11 *Peccatum dicitur malum.*

Digitized by Google

12 *Peccatum dicitur culpa.* Dicitur (culpa) quatenus procedit à voluntate libera, actus enim mortalis in tantum dicitur culpabilis, inquantum procedit ab agente libero; vnde peccatum naturæ cum ſit ab agente non cognoſcente, culpa dici non poteſt.

13 *Peccatum dicitur reatus.* Dicitur (Reatus, & pœna) nam cum in peccato mortali ſunt duo motus, ſcilicet auerſio à Deo, ſummo & incommutabili bono; & conuerſio ad bonum commutabile, & terrenum, ſibi correſpondent duo mala: ſcilicet quatenus auertit ſe à Deo, conſequitur reatum pęnæ æternæ, ideſt pœnæ damni, quæ eſt priuatio viſionis Diuinæ, nam qui Deo terga vertit, eligendo magis amorem creaturæ inordinatum, quam amorem Dei creatoris, & benefactoris noſtri, meretur, vt priuetur eius aſpectu, & fruitione: quæ pœna habet quandam rationem infinitatis ex termino à quo elongatur, eſt enim elongatio quædam ab infinito bono, & qui ſic elongatur, meretur perpetuo carere eius aſpectu, & eſſe excluſus ab eius conſortio: quatenus autem conuertit ſe ad creaturas, & bonum commutabile, conſequitur quandam pœnam ſenſus, ſic enim requirit iuſtitia Diuina, vt qui contra rationis debitum ſuæ voluntati indulſit, iuſtum eſt, vt in aliquo puniatur.

14 *Pœna ſenſus non eſt æterna ex ſui natura.* *Pœna æterna per pœnitentiā q efficiatur tēporalis quomodo intelligatur.* Quæ pœna ſuapte natura non eſt æterna, & infinita, vt ait Sotus in 4. diſtin. 15. q 1. art. 4 nec intenſiuè, quo ad quantitatem, nec extenſiuè, quo ad temporis durationem, quia obiectum per quod debetur, non eſt malum infinitum: ſed intantum homo punitur æterno tempore, pro quanto remanet per ſemper Deo inimicus, & ab eius conſortio excluſus, ſi autem amicitiam recuperet, aufertur reatus pœnę æternæ, quæ correſpondet auerſioni, ideſt efficietur dignus eius aſpectu, & pœna ſenſus, quæ reſpondet conuerſioni creaturæ, commutatur in temporalem ad hunc ſenſum, vt ſicut per ęternam inimicitiam nunquam habuiſſet finem, per amicitiam poſtea reintegratam, remanet in ſuo naturali eſſe finito; quæ ideo remanet, vt detur locus iuſtitiæ. Quam pęnam ſoluere debet, vel hic per flagella, & tribulationis huius mundi, patienter tamen (impatientia enim nihil operatur) vel in purgatorio, nam qui alterum offendit, quamuis amicitiam reconciliet veniam petendo, remanet tamen debitor damni illati, & iniuriæ factæ; & ad hoc deſeruit purgatorium. *Purgatorium quare fuerit factū.*

15 *Peccatum dicitur iniquitas.* Dicitur (Iniquitas) propter annexam malitiam, quam habet: & hoc modo eſt nomen ſpeciale: nam intelligitur tantum de peccatis, ex malitia factis.

Peccatum dicitur delictū. Dicitur (Delictum) pro peccato primorum parentum; vel pro peccato originali cuiuſcunque, iuxta illud Pſal. Delicta iuuentutis meæ. Vel dicitur delictum, pro habitu peccatorū, ex multis actibus acquiſito, dicimus enim quando aliquis eſt intemperatus, habere vitium intemperantiæ: quando eſt auarus, habere vitium auaritiæ, & ſimilia, & non dicitur auarus per vnum actum auaritię, ſed per multos actus, quando eſt habituatus in illa.

16 *Peccatū propriè quando dicatur.* Dicitur finaliter (Peccatum) pro actu peccandi, ſcilicet quando aliquis actualiter operatur quod malum eſt, puta fornicando, actus ille fornicationis propriè peccatum dicitur, & ſimilia, & hoc modo definitur hic.

17 *Vniuerſalis definitio peccati mortalis, tam ex natura, quam ex cauſa.* Peccatum mortale eſt deordinatio actus humani contra præceptum Diuinum, vel humanum, promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pœna munitum, vel contra aliquod pro tali habitum, vel contra ſalutem animæ proximi ſpretam, vel ob finem mortalem, vel in quo finis vltimus ponitur, quod ignorantia, ſurreptio, paruitas materię, vel diſpenſatio iuſta, vel cauſſa iuſta, quo ad legem humanam, ab eo non excuſat.

Peccatum cōſiſtit in tribus. Cuius actus deordinatio conſiſtit, aut in facto, malum operando; aut in dicto blaſphemias contra Deum, ac Sanctos dicendo, mendacia pernicioſa, infamias, falſa teſtimonia, & huiuſmodi contra proximum narrando; & in cogitatu, delectando

Digitized by Google

ſtando ſe in cogitatu maligno, aut laſciuo, malum deſiderando, odio proximum proſequendo, temerariè eum iudicando, & ſimilia. Vnde Auguſt. alludens ad hæc; peccatum ſic definiuit. Peccatum mortale eſt dictum, vel factum, vel concupitum, contra legem Dei: & meritò; actus enim malus, intantum dicitur humanus, inquantum eſt à voluntate, ſeu mente: qui actus aut eſt elicitus ex quo exeunt malæ cogitationes, & deſideria, aut eſt imperatus, ideſt ad extra perductus, & ut ſic, aut eſt locutio, aut operatio, ex quibus proueniunt iniuriæ, blaſphemiæ, & mala opera. rectè igitur dicitur, peccatum eſſe dictum, uel factum, uel concupitum. &c. Et pro meliori intelligentia, omnes particulas per ordinem declarabimus, ut differentiam inter peccatum mortale, & ueniale colligere poſſimus. 81

Definitio propria peccati mortalis.

Primo dictum eſt (peccatum mortale eſſe deordinationem actus humani) pro genere, nam ſubſtantia actus propriè, puta actus fornicandi, ſeu fornicari, tam in genere entis ſumptus, quàm in genere moris, ponitur quaſi materiale in definitione peccati, & hoc inquantum uoluntarius, ideo additum eſt. (humanus) ait enim Auguſt. tolle uoluntatem, & peccatum non erit.

Secundo dictum eſt (contra præceptum) nam quod actus humanus ſit malus, habet ex hoc, quòd caret menſura, & rectitudine debita, debita autem menſura, & rectitudo conſiſtit per reſpectum ad aliquam regulam, à qua ſi deuiat, actus ille redditur immenſuratus, & obliquus: regula autem non eſt aliud, niſi ratio humana, & lex Diuina, pro quibus dantur præcepta, ut ſupra dictum eſt, & ideo dictum eſt (contra præceptum) pro formali, quia in hoc ſtat tota ratio peccati in uniuerſali, tolle nanque præceptum, non remanet ratio peccati, nam facere contra conſilia Diuina, regulariter non eſt peccatum.

Tertio dictum eſt, (contra præceptum Diuinum, uel humanum) ut comprehendantur omnia præcepta Diuina, naturalia, poſitiua, Eccleſiaſtica, & leges humanæ legitimè conditæ.

Quarto dictum eſt, quo ad leges humanas (promulgatum, receptum, & non derogatum) dum enim leges non promulgantur, non tenemur illas obſeruare, & promulgatæ cum ſint, ſi non acceptantur, non obligant ad mortale, pariterque ſi poſtquam receptæ ſunt, ſucceſſu temporis ſunt derogatæ, aut ſtatuto contrario, etiam de primo mentionem non faciente, aut contraria conſuetudine rationabili tamen, & per decem annos continuata, ut ait Syluest. Verbo, Conſuetudo. §. 6. aut denique per nō uſum, legiſlatore id ſciente, & tolerante.

Quinto dictum eſt (æterna pœna munitum) ad excludenda quædam præcepta, etiam Diuina, quæ non obligant ad pœnam æternam, ut mendacium aliquando iocoſum, officioſum, & huiuſmodi, quædam etiam præcepta quorum auctor non intendebat obligare ad mortale, ut ſunt ſtatuta Dominicanorum, & quorundam aliorum Regularium, prout etiam habetur in Regula Sancti Patris Benedicti, qui pœnam corporalem tranſgreſſoribus ponit, & in omnibus Regulam ponit in manibus Abbatis.

Sexto dictum eſt (contra aliquod pro tali habitum uel ſit tale dubitatum) ad comprehendendum peccata facta contra conſcientiam dictantem, vel dubitantem ea eſſe mortalia, quamuis in rei ueritate talia non ſint.

Septimo dictum eſt (contra Diuinum conſilium contemptum) quia etſi Diuina conſilia non obligent, ut dixi, tamen ratione contemptus tranſgrediens mortaliter peccat.

Octauo dictū eſt (cōtra ſalutem animæ proximæ ſpretā) quia qui facit aliquid, quod de ſe non eſt mortale, putans per illud proximū ſpiritualiter offendendum,

mortaliter

Digitized by Google

mortaliter peccat: exẽplũ puella exornans ſe ſuperfluis veſtimentis, facie, & capillis artificioſis, vt mos eſt Ciuitatis, aut quadam communi mulierum vanitate, vel vt complaceat viro ſuo, vel vt inueniat qui eam in vxorem ducat, quia eſt paupercula: peccat venialiter; ſed ſi hoc facit, vt complaceat hominum aſpectibus, eos ſcandalizando, & ad eam appetendam incitando, & pręſertim cognoſcens iuuenem quendam eius amore ardentem, ita libidinosè eius conſpectui ſe offert in contemptum illius ſalutis, peccat mortaliter: quia talis intentio in illis, & ſimilibus caſibus, facit actum dannabilem: & quod dicitur de puellis, intelligitur quoque de iuuenibus.

Nono dictum eſt (ob finem mortalem) quia omnis actus, etiam de ſe bonus, ob finem mortalem, eſt peccatum mortale; exemplum, dicere vnum pater noſter, verſiculum alicuius Pſalmi, aut alias quaſcunque orationes; eſt actus Religionis: ſed dicere huiuſmodi cum aliqua ſuperſtitione, eſſet peccatum mortale; ſuperſtitio tunc erit, quoties huiuſmodi dicentur alio fine, quam quod ſunt ab Eccleſia ordinata. Signum huius rei ſit tibi vnum, quod narrabo: quod ignoranter practicatur per domos. Solent nonnulli curioſi, dum ſcire volunt, quota hora ſit diei, accipere annulum aureum filo pendentem intra calicem vitreum, ſuper quo dicunt quemdam verſiculum Pſalmi, (quem ideo taceo, ne ſimplices mala addiſcant,) tunc ſtatim mouetur annulus à ſe ipſo, virtute Diabolica, paulatim, donec tangat calicem, & tot dat percuſſionis ſigna, quot horæ tunc ſunt diei; hoc facere, eſt peccatum mortale ſuperſtitionis; nec credatis, illum moueri virtute verborum Pſalmi, ſed Diabolica: & quòd id verum ſit, obſeruate quod dico: dum vultis facere eiuſmodi experientiam, dicite verſiculum Pſalmi cum proteſtatione: hoc modo, ſcilicet, ego dico hunc Pſalmi verſiculum, eo fine, & intentione, quo dixit Dauid Propheta, tunc videbitis, numquam annulum moueri. Si quęritis, quid in cauſa eſt, quod Diabolus operetur, dum Religioſa dicuntur, & magis obediat ad inchoationem rerum ſacrarum? Reſpondeo, hoc facit honori, gloriæque Dei inuidens, aſcribens ſibi, quod Deo ſoli debetur. Idem dicendum, quando dicuntur quædam aliæ orationes, ſuper infirmo, quibuſdam ligamentis, vel percantando, vt aiunt, ac ſi Deus non poſſet facere aliquid ſine illis, verbi gratia, qui diceret Pater noſter ſimpliciter ſuper ęgrotum cum firma fide, & deuotione, vt eum ſanaret, ſicut CHRISTVS Dominus promiſit Marci capitulo vltimo: ſed quod dicatur in auricula ægroti, ab eo ſolo, qui illo die miſſam audiuit, dum illum cum ſacerdote dixit, & huiuſmodi, ſuperſtitio magna eſt, ac ſi Deus ſine illis ſanitatem conferre non poſſet, eſt enim inuentio Diabolica: & ſi in huiuſmodi aliqua miranda videntur, ſunt opera Diaboli, vt dixi, vt nos decipiat. Idem dicitur de annulo cum quibuſdam characteribus, ſeu literis ſcripto, contra quaſdam infirmitates.

Peccatum ſuperſtitionis.

Decimo dictum eſt (in quo finis conſtituitur) quia per hoc efficitur mortale illud, quod de ſe eſt veniale.

Hucuſque declarauimus particulas definitionis peccati mortalis, per quas aperitur nobis, quot modis, & cauſis humanæ actiones poſſunt eſſe peccata mortalia: & quia omnis regula patitur exceptionem, ideo nunc reliquas manifeſtabimus, per quas prædicta limitantur: idcirco.

Vndecimo dicitur (quòd ignorantia non excuſat) quoniam ignorantiam facti probabilis excuſat à mortali, & quandoque etiam ignorantia iuris poſitiui, & eſt, quando reddit actum inuoluntarium, vt inferius dicetur.

Duodecimo dictum eſt (quod ſurreptio non excuſat) quia talis in omni materia peccati mortalis facit eſſe veniale, propter ſubtractionem deliberatæ voluntatis.

Tertio

Digitized by Google

Tertiodecimo dictum eſt (vel paruitas rei) quia furari quod parum, vel quaſi nihil valet, eſt veniale.

Quartodecimo dictum eſt (vel diſpenſatio iuſta) quia hæc ſemper excuſat, vt de voto dicetur.

Quintodecimo & vltimo, dictum eſt (ſi iuſta cauſa non excuſat) quia cauſa rationalis à tranſgreſſione legis humanę ſemper excuſat, ſaltem à mortali, ita vt ſi legiſlator adeſſet, tunc diſpenſaret. Ex quibus omnibus colliguntur hæ diſtinctiones.

Prima diſtinctio inter peccatum mortale, & veniale eſt per ſe: & eſt hæc; Omne illud quod fit contra præcepta Diuina, Naturalia, Eccleſiaſtica, & contra leges humanas, eſt peccatum mortale ex genere, & propria natura: vt colligitur ex ſecundo, tertio, & quarto dicto. Hinc ſequitur, quòd facere contra vota, Promiſſiones, Obligationes iuratas, vel quando à ſuperiore pręcipitur in virtute obedientiæ, tunc eſt peccatum mortale: quia huiuſmodi faciunt ſibi legem. 19 *Peccatũ mortale ex propria natura quando ſit.*

Peccatum veniale eſt præter iſta, ut dictum eſt ſupra, prout in exemplo manifeſtari poteſt. Verbi gratia, Eccleſia pręcipit ieiunari in uigilijs, qui ſacit contra, non ieiunando, peccat mortaliter: quia contra præceptum Eccleſiæ. Sed qui ieiunat, & non obſeruat modum, quem Eccleſia intendit, ſcilicet hora determinata, cum parſimonia in cibo, ut caro maceretur, & huiuſmodi, non facit contra præceptum, ſed præter: unde qui horam anticiparet, uel poſtponeret pauliſper ſine neceſſitate, aut collationem ſerotinam, uel potum aliquantulum immoderatè faceret, uel aliquantulum lautè comederet, & huiuſmodi, peccaret uenialiter, ex proprio genere. Præterea, Clerici in ſacris, Religioſi, & Religioſæ profeſſi, tenentur ex præcepto Eccleſiæ, ſingulis diebus officium recitare, qui una die officium dimiſerit, peccabit mortaliter, quia contra pręceptum facit: ſed qui officium recitat, ſine tamen attentione, & deuotione, extra debitam horam, & loco conuenienti, & cum quibuſdam alijs imperfectionibus, peccat uenialiter; quia non contra, ſed præter præceptum facit, ideſt non ad intentionem præcipientis. uerum cùm iſtis imperfectionibus quandoque mortaliter peccamus, ut inferius dicetur. Et ſic de alijs dicendum eſt.

Secunda diſtinctio eſt. Quædam ſunt peccata uenialia ex proprio genere, & per ſe: quæ tamen ex cauſa efficiuntur mortalia, & hoc fit multis modis. 20 *Peccatũ quãdo eſt mortale ex cauſa ratione conſcientia erronea.*

Primo, quando fit aliquid contra conſcientiam dictantem, uel dubitantem eſſe peccatum mortale, quod de ſe non eſt tale: ut colligitur ex ſexto dicto. Exemplum, dicere mendacium iocoſum, ſine proximi offenſione, eſt de ſe ueniale: qui autem hoc dicendo, crederet, aut dubitaeet eſſe mortale, peccaret mortaliter, propter conſcientiam erroneam, quam habet. Item dicendo, poter di Dio, può far Dio, al ſangue di Dio, & ſimile, regulariter loquendo, ſine neceſſitate, eſſet ueniale: qui autem hęc dicendo crederet, ſe blaſphemare, peccaret mortaliter. Hic nota, quod ut aliquis peccet mortaliter hoc modo, non ſufficit, ut conſcientia dictet illud eſſe ſolummodo peccatum, ſed eſſe mortale, & ſi dictat eſſe ueniale, erit ueniale: nec ſufficit ut conſcientia dubitet in generali, ſed in ſpeciali de re, circa quam erit peccatum, Verbi gratia, qui dubitat in genere, diebus feſtiuis non deberi negotiari, deinde exigit nummos à ſuo debitore, non eſt cur debeat condemnari ad mortale: ſed dubitans circa aliquod ſpeciale, ſcilicet informare aduocatũ ſuper cauſam litis die feſto, eſſe mortale, deinde informat, peccat mortaliter ſine dubio Non eſt mortale facere contra aliquod, de quo ſolum ſcrupulus habetur, quòd ſit tale. *Nota.*

Secundo, quando adeſt contemptus, ut colligitur ex ſeptimo dicto, puta, quan- *Secunda ra.*

do ſit

tione contemptus. do fit aliquid contemptibiliter contra conſilium Diuinum. Pro quo nota, quòd in lege Euangelica vltra præcepta, fuerunt data multa conſilia à Chriſto Domino: quæ etſi non ſint neceſſaria ad ſalutem (niſi ſecundum pręparationem animi, vt ait D. Thom. 1. 2. quæſtio. 108. articulo quarto, ſcilicet quando occurit neceſſitas, vt nunc dicetur) conferunt tamen multum ad beatitudinem conſequendam: faciunt enim hominem præfectum in uita ſpirituali, ut facilius per tot diſcrimina rerum, mundique latebras, in uia ſalutis ambulare poſſit, ordinantur enim ad præcepta ut media ad finem, ſecundum eundem Thom. quodlib. 4. quæſt. 12. Et dicuntur conſilia; quia ad eorum obſeruantiam nos non compellunt, ut dictum eſt, ſed amicabiliter ſuadent, vt per ea ad perfectionem uitæ manuducamur, fugiendo pericula carnis, mundi, & dæmonis: ad quæ reducuntur omnia peccata, iuxta illud Ioannis in Epiſtola Cano. 1. capit. 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, ad quam reducuntur uoluptates, & deliciæ carnales: aut eſt concupiſcentia oculorum, ad quam reducuntur diuitiarum, & exteriorum bonorum mundi cupiditates, aut eſt ſuperbia uitæ, ad quam reducuntur omnes Dæmonis ambitus per honores, glorias, & ambitiones.

Nota circa conſilia.

Conſilia conferunt ad beatitudinem cõſequendam.

21 Contra quæ pericula armat nos Chriſtus, amplecti tria principalia ſuadendo conſilia, in quibus Religio fundatur, quæ ſtatum perfectionis profitetur, ſcilicet Paupertatem uoluntariam, quæ nobis commendatur Matth. 19. Dicente Domino: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Caſtitatem, ut eodem capit. ait: Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum cælorum, non materialiter, ut aliqui malè intellexerunt, ſed ſpiritualiter, ideſt ita caſtè uixerunt, ſe abſtinendo à uenereis, ac ſi eſſent caſtrati: unde ſubiunxit: qui poteſt capere capiat. Cuius doctrinam prædicans Paulus 1. Corint. 7. dicebat: De uirginibus autem præceptum non habeo, conſilium autem do, tanquam gratiam conſecutus à Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe, propter inſtantem neceſſitatem; quoniam bonum eſt hominem ſic eſſe. Et paulo poſt ſubdit. Porrò hoc ad utilitatem ueſtram dico, non ut laqueum uobis inijciam. Seruitutem obedientię in communi, quæ commendatur per illa uerba Domini (tollat crucem ſuam & ſequatur me) ubi inſinuauit, conſilium obedientiæ dediſſe: quem ſequimur, non modo eius opera imitando, uerum etiam mandatis obtemperando, iuxta illud Ioannis. capit. 10. Oues meæ uocem meam audiunt. In quibus tribus conſilijs continetur perfecta obſeruantia conſiliorum, ſunt enim quædam alia conſilia ſpecialia, quæ ad iſta tria omnia reducuntur, ut elemoſyna in caſu, quo non tenemur, iuxta illud: Frange panem tuum eſurienti; egenos, uagoſque induc in domum tuam. Charitas, circa opera miſericordiæ, tam ſpiritualia, quam corporalia, iuxta illud: Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro calumniantibus, & perſequentibus uos, dum tamen non tenemur ad hæc in particulari, nam in uniuerſali non debemus à noſtris orationibus eos excludere. Correctio fraterna, dum non obligamur. Euitatio ſolicitudinis rerum temporalium, iuxta illud Matt. 6. Nolite ſolicite eſſe, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus? & rurſus nolite cogitare de craſtino, quæ omnia dicta particularia conſilia reducuntur ad paupertatem; Similiter abſtinentia à delectationibus; & uoluptatibus carnalibus pro tempore, & in parte, ut melius orationibus uacemus. Euitatio occaſionum peccandi, ut Matt. 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: quę uerba non intelliguntur materialiter, ut ſonant, ſed de occaſione peccandi, ſcilicet, ſi uidendo mulierem, prouocaris ad libidem, fuge talem occaſionem: quæ omnia reducuntur ad caſtitatem. Rurſus quando aliquis non indulget ſuę uoluntati in aliquo facto, quod licitè facere poſſet; ut eſt offenſam remittere, quando iuſtè uindictam exi-

Perfectio hominis conſiſtit in tribus votis Religionis.

Omnia conſilia reducuntur ad tria.

Digitized by Google

exigere poſſet, iuxta illud Matth.5. Si te percuſſerit in maxillam, præbe ei & alteram, quæ reducuntur ad obedientiam, quorum omnium obſeruantia per reductionem pertinet ad obſeruantiam illorum trium, quamuis non ita perfectè, ſed in parte, & ſecundum quid, ait D. Th. quo ſupra. Dico igitur, quamuis ad iſtorum, & ſimilium conſiliorum obſeruantiam non teneamur ex præcepto, niſi ſecundum præparationem animi, vt dictum eſt, tamen ea contemnere, & ſpernere, eſt peccatum mortale.

Dico (niſi ſecundum præparationem animi) in aliquibus enim caſibus conſilia habent vim præcepti, nam vt ait D.Th.2.2.q.124.art.3. in reſponſione ad primum arg. & martyrium regulariter fit de conſilio, vt pro zelo fidei, & charitate fraterna, quandoque prouocemus tyrannos infideles ad mortem ſubeundam, vt multi Martyres fecerunt, qui ſponte ſe martyrio obtulerunt: tamen quando contingit publicè fidem confiteri ad inſtructionem, & confirmationẽ fidelium, vt accidere poſſet Chriſtianis captiuis apud Turchas pro timiditate deficere, vel ad reprimendam infidelium, & tyrannorum inſultationem, tunc tenemur de præcepto vitam exponere pro fidei confeſſione, iuxta illud Dominicum: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, ideo tenemur ſemper habere animi præparationem, pro Chriſti nomine mortem ſubire, quando occaſio hoc miniſtraret, quamuis illam quærere non tenemur: Idem dicendum de continentia maritali: nam etſi conſilium ſit communi coniugum conſenſu contineri adinuicem, iuxta illud Pauli ad Corinth.1. cap.7. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuã, bene facit: tamen quandoque continentia eſt de neceſſitate ſalutis: quando ſcilicet alter coniugum eſſet infirmus, aut abſens, ait Auguſt. in lib. de adulterinis coniugijs. Idem quoque de eleemoſyna, quando quis non habet ſuperflua: quãuis enim regulariter non teneatur, tamen in caſu extremæ neceſſitatis, quando videret proximum perire, & poſſet ei ſuccurrere, tenetur ex præcepto, ei ſubuenire, vt latius inferius.

22 *Martyrium quando eſt in præcepto.*

Continentia maritalis q̃n eſt in præcepto.

23 *Eleemoſyna quando eſt in præcepto.*

Dixi (ea contemnere eſſet peccatum mortale) profiteri namque Religionem & vota emittere, opus conſilij eſt, qui autem voueret, iuraret, aut promitteret animo firmato, ſe nullo pacto Religionem ingreſſurum, aut aliud votum emiſſurum, peccaret mortaliter, dicit enim Caiet. ſecunda, ſecundæ, quæſt.88. artic. ſecundo. Et ſi non diſpliceat Deo, te non ſequi conſilium ſuum, diſplicet tamen ei, quòd tu promittis non ſequuturum ſuum conſilium. Item mutuare indigenti ex charitate conſilij eſt, qui autem tali animo obſtinato proponeret, ſe nolle mutuare, etiam ſi accideret caſus neceſſitatis, aut vt Deo diſpliceret, mortaliter delinqueret. Idem de eleemoſyna, illa namque etſi in duobus tantum caſibus ſit in percepto, obligans ad mortale, vt ait D.Thom. in 4. diſtinct. 15. quæſtio 2. articu. 1. & Caietan. in ſuis Opuſculis, ſequente doctrinam antiquorum patrum, ſcilicet quando homo ſuperfluas habet opes, pro ſtatu ſuo, & ſuorum, qui ſunt ſub eius tutela, tunc enim largas eleemoſynas facere tenetur, etiam ſi non occurrat ei homo egenus, ab eo petens. Secundo quando occurreret caſus neceſsitatis, tunc homo etiam non habens ſuperflua, ſed tantum neceſſaria vitæ, pro ſtatu familiæ ſuæ, tenetur de ſua ſubſtantia egeno ſubuenire. Si quæris quis eſt caſus neceſsitatis? Caſus neceſsitatis dicitur, quando videtur homo in tali miſeria poſitus, quod egeſtate moritur, aut præuidetur in talem neceſsitatem probabiliter venturum, & non eſt qui panem frangat ei, & ſuæ neceſsitati ſuccurrat, aut quando uidetur puella in periculo uendẽdi ſuã uirginitatem, aut honorem pro uictus inopia, & poteſt ſuccurri, aut quãdo uidetur ciuis pro debitis ſoluendis pati multa intereſſe, & damna, cuius oppreſsio

Caſus neceſsitatis quando eſt.

Digitized by Google

preſſio ſibi, & ſuæ familiæ magnam minatur ruinam, & poteſt iuuari, ei mutuando ſine intereſſe mutuantis, ſicut & in alijs, & his ſimilia, tūc ex præcepto charitatis quilibet Chriſtianus prædictis perſonis ſubuenire tenetur, etiam ſi non habeat de ſuperfluo. Vnde Ambroſius ſuper hoc dicit, vidiſti hominem morientem, & non ſuccurriſti, tunc occidiſti. Extra tamen iſtos duos caſus, eleemoſyna eſt de conſilio, iuxta dictum Saluatoris: Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Qui ergo promittit, iurat, aut quomodolibet firmiter proponit, in contemptum conſilij, & moniti Dei, ſe non eſſe daturum eleemoſynam, aut nulli matuaturum, etiam extra prædictos caſus neceſſitatis, peccat mortaliter, quia contra charitatem facit. Dixi hæc omnia nolle facere (ex contemptu, & contra Dei monita) facere namque Vota, Iuramenta, & promiſſiones, de non dando eleemoſynam, de non mutuando, de non vouendo, & huiuſmodi, ſine contemptu, ſed ex auaritia, ira, negligentia, ſeu alia cauſa, non eſt plus, quam veniale, & poſtquam facta ſunt, illa obſeruare non tenemur, dum occaſio benefaciendi offertur; Et quod dictum eſt de conſilijs, & monitis, intelligitur quoque de mandatis ſuperiorum, quæ etſi dum nobis proponuntur, vt moueamur per ea ad meliora bona, non obligent ad mortale, vt præcepta, quia non ſunt de neceſſitate ſalutis, tamen ea contemnere, & vilipendere, eſt lęthalis culpa. Vel quando fit aliquid contra exhortationem ſuperioris contemnendo eius auctoritatem, & conſilium, multum neceſſarium ſaluti, quod aliquo reſpectu non præcipitur. Et denique quoties fit aliquid, quod erit contra conſilia, ordinationes, Mandata, Diſpoſitiones, & leges ſuperiorum; quæ etiam non obligarent ad mortale, dum contrahit ex contemptu, eorum auctoritatem parui faciendo, erit lęthale crimen, niſi alia de cauſa, quam ex contemptu fieret. Ex contemptu tunc dicitur eſſe, quando principaliter quis mouetur ad id faciendum; eo quòd conſilium, mandatum, & ordinationem, aut auctoritatem mandantis, & ordinantis vilipendit: ſi autem principaliter ex auaritia, negligentia, ira, aut alia cauſa etiam iniuſta moueretur, non erit mortale. ait D. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 189. & Nauar. capit. 23. numero 42.

Contemptus quando dicatur.

Tertio ratione finis.

Tertio quando aliquid, quod de ſe eſt veniale, ordinatur ad mortale, vt colligitur ex nono dicto, vt ſi quis profert verba iocoſa, ludens cum muliere, intendens eam prouocare ad fornicationem, quamuis illa verba ſimpliciter dicta, de ſe eſſent peccatum veniale, tamen ratione finis ſunt mortalia.

Quarto quādo ponitur vltimus finis.

Quarto, quando ponitur vltimus finis, vt colligitur, ex decimo dicto, vt patet in illis verbis ocioſis, & multis, quibus ſolent vti paraſiti, buffones, & hi, qui aſſiduè ludunt aleis abſque illo fine, & ratione, per quæ permittuntur, & hoc eſt quando aliquis ita animo afficitur in illis, vt potius vellet ſe auertere à Deo, & peccare mortaliter, quam illa omittere.

Quinto ratione qualitatis perſonæ.

Quinto, quando ex aliquo de ſe veniale ratione perſonæ grauis, oriatur ſcandalum aliquod, vel quando ei prohibetur. Exempli gratia. Presbyterum facere riſum inconditum, fabulas turpes, & voluptuoſam narrationem referre, aut laruas Dæmonum ante ſe permittere, & ſimilia, quæ licet in ſe conſiderata ſint venialia, ratione tamen dignitatis perſonæ, & ſcandali, quandoque ſunt ei mortalia.

24 *Peccatum veniale ex cauſa. primo propter ignorantiam.*

Tertia diſtinctio eſt, quando aliquid, quod ex genere, & natura propria eſt Mortale, ex cauſa efficitur veniale, vt ait Diuus Tho. quo ſupra, & hoc accidit multis modis.

25 *Ignorantia quotuplex, &c.*

Primo, quando fit ex ignorantia, vt colligitur ex vndecimo dicto, pro cuius dilucidatione, vt ſciatur quæ ignorantia excuſet à mortali, & quæ non, eſt notandum.

Igno-

Digitized by Google

Ignorantia eſt duplex, quædam eſt iuris, quædam eſt facti.

Ignorantia iuris eſt quando quis ignorat quod lex præcipit, exemplum, lex præcipit, vt nemo accedat ad non ſuam vxorem, qui ergo talem cognoſceret, putans non eſſe prohibitum, erraret in iure. *Ignorantia iuris.*

Ignorantia facti eſt, quando aliquis ſcit mulierem extraneam non eſſe cognoſcendam, tamen ſi cognoſcit, putans eſſe ſuam, vt poſſet accidere in obſcuro, tunc error eſt in facto. *Ignorantia facti.*

Et iſtarum tam iuris, quam facti, quædam eſt inuincibilis, quę nullo ſtudio ſuperari poteſt, vt accidit in pueris, & amentibus, ac ſtupidis, vel ijs, qui nunquam accedunt ad ciuitatem, ſed ſemper habitant in nemoribus. *Ignorantia inuincibilis.*

Quædam eſt vincibilis, ideſt eorum, quæ ſciri poſſunt, quæ eſt triplex, ſcilicet, vel dicitur ignorantia probabilis, & eſt quando ignoratur aliquid, de quo facta eſt debita diligentia, vel quando id, quod ignoratur, eſt communiter difficile ſcitu; puta aliquis contractus, ſeu negotiandi modus erit illicitus propter cauſam in iure occultam, ita quod à paucis ſcitur. Vel dicitur ignorantia ſupina, & craſſa, & eſt quando quis propter negligentiam ignorat, ideſt non curat ſcire ea, quæ poteſt, & debet. vt ſunt clerici, qui notabiliter errant circa ordinationem officij, eo quòd non legunt rubricas: curati, & parochi ignorantes adminiſtrare ſacramenta, vt decet, eo quod non curant ſtudere. Iudex inſufficiens, non prouidens ſuæ inſufficientiæ, & peritos conſulere nolens. Aduocatus negligens, vt merita cauſæ, quam defendit, intelligat, cum obligatione reſtituendi damna, & intereſſe. Confeſſores, vltrò ſe exponentes, & approbantes ſe eſſe ſufficientes ad confeſſionum audientiam, & ad minus neſciunt diſcernere inter peccata mortalia, & venialia, communia, (& per communia, intelligimus ea, quæ ab omnibus communiter ſciuntur eſſe mortalia) & in arduis, & difficilibus neſciunt dubitare, vt conſulerent peritos, & quæ ſint circunſtantiæ neceſſario confitendæ, vt ſciant interrogare ſimplices, neſcientes ſe confiteri, & examinari, quæ ſit vera forma abſolutionis, tam peccatorum, quàm excommunicationum, & circa quæ peccata extendatur eorum poteſtas, ne manum ponant ſuper reſeruata, & alia ſimilia. Vnde D. Thom. & Bonauent. in 4. diſtinct. 12. aiunt de confeſſoribus, qui in confeſſionibus errant per ignorantiam prædictorum, & ſimilium, peccant mortaliter, & multo magis, qui eos eligit ad tale officium. Vel dicitur ignorantia affectata, & eſt, quando quis non vult ſcire, quæ poteſt, & debet, vt liberius peccet; quæ propriè non eſt ignorantia, ſed potius malitia, iuxta illud Pſal. noluit intelligere, vt bene ageret. *Ignorantia vincibilis, probabilis.* *Ignorãtia ſupina.* *Peccata communia quæ.* *Cõfeſſores imperiti.* *Ignorãtia affectata.*

His ſtantibus, ſit prima concluſio. Ignorantia inuincibilis, ideſt ea, quæ ſtudio ſuperari non poteſt, in nullo caſu eſt peccatum. *1. Concluſio.*

Secunda concluſio. Ignorantia iuris Diuini, ſeu naturalis eorum quę ſunt neceſſaria ad ſalutem, neminem adultum, & mente ſanum excuſat; puta, vnuſquiſque tenetur ſcire articulos Fidei, & de ijs explicitè loqui, quantum pertinet ad ſtatum ſuum, vt ſimplices ſaltem myſterium TRINITATIS, & INCARNATIONIS, maiores autem totalem diſtinctionem articulorum, & ea, quæ ſine notabili negligentia ignorari non poſſunt. *2. Concluſio.*

Tertia concluſio, ignorantia eorum, quę poſſunt ſciri, in his qui non tenetur ſcire, non eſt peccatum. *3. Concluſio.*

Quarta concluſio. Ignorantia iuris poſitiui eorum, quæ quis ſcire tenetur, puta, quæ in Eccleſia publicè ſolennizantur, & eius Eccleſiæ præcepta, vt ſunt præcepta de confitendo ſemel in anno, de communicando in Paſchate, de audienda Miſſa in feſtis, & huiuſmodi, aut eorum quæ quilibet ſcit, puta quod *4. Concluſio.*

Digitized by Google

ta quod clericus non ſit cædendus, non excuſat à culpa mortali, & cenſura.

5. Concluſio. Quinta concluſio. Ignorantia probabilis iuris poſitiui, in eo, qui ſtudet in his, quæ debet, & laborat pro uiribus ſuis ſcire ſibi neceſſaria, excuſat à peccato, quia facit actum inuoluntarium.

6. Concluſio. Sexta concluſio. Ignorantia ſupina, & craſſa, id eſt eius, qui ſua negligentia, & incuria ignorat ea, quę ſcire poteſt, & debet, prout ad eius ſtatum, & officium pertinet, ſine quorum ſcientia actum debitum, & officium ſuum exercere non poteſt, ut dictum eſt, de Clericis, Curatis, Confeſſoribus, Iudice, Aduocato, & ſimilibus, non excuſat à peccato mortali.

7. Concluſio, Septima concluſio. Ignorantia affectata non excuſat, imò auget peccatum propter malitiam, quam habet annexam.

8. Concluſio. Octaua concluſio. Ignorantia eorum, quæ ſciri non poſſunt propter impotētiam, aut propter aliquod impedimentum (loquendo de ignorantia iuris poſitiui) excuſat à peccato; puta aliquis non potuit ſcire conſtitutionem Papæ, quia erat in carcere, aut in loco, quouſque conſtitutio non peruenit. Aliud exemplum, Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Neap. nouum promulgat edictum, cenſura munitum, tempore quo ſum foris: dum autem Neapolim reuertor antequam illud ſciam, aut ſcire poſſim, contrauenio, non ſum propterea excommunicatus, ſi non habeo contrariam voluntatem, quia talis ignorantia facit actum inuoluntarium, ait Nauar. Dixi nouum edictum: nam ſi eſſet Synodale, aut prouinciale, non excuſaret: quilibet enim Diœceſanus, aut Neapoli continuè commorans, tenetur illud ſcire.

9. Concluſio. Nona concluſio. Ignorantia facti antecedenter, id eſt quę antecedit actum, quando facit actum inuoluntarium, id eſt quando quis ignorat circunſtantiam actus, ita, ut ſi ſciret, non faceret, excuſat à peccato, quia cum non ſit voluntarius, non dicitur humanus; puta, quis percutit Clericum incedentem in habitu ſæculari, neſciens eum eſſe Clericum, quod ſi ſciret, non percuteret, propter reuerentiam ordinis, excuſat à cenſura, & ſic de alijs. Vnde Iacob cognoſcens Liam, quæ non erat ſibi uxor, putans eſſe Rachel, non peccauit, ſed quando ignorantia eſt comes peccati, id eſt non antecedit actum, modo prædicto, tunc non excuſat à mortali: eſt autem comes, quando fit aliquid cum tanto affectu, vt ſi ſciretur, eſſe peccatum, adhuc fieret, puta, ſtando in eodem exemplo. qui percutit Clericum incedentem in habitu ſæculari, cum tali, & tanta ira, vt ſi ſciret, etiam eſſe Clericum, adhuc eum percuteret, tunc incideret in pœnam ex-excommunicationis. Ex his poteſt cognoſci de alijs, quæ accidere poſſunt in hac materia.

Peccatum veniale propter ſurreptionē. Secundo, aliquod mortale efficitur ueniale ex ſurreptione, ut ex duodecimo dicto colligitur, in omni enim materia peccati mortalis ſurreptio facit eſſe ueniale, & hoc duplici de cauſa.

Primo ex defectu liberationis, ut ſubitus motus ſuperbiæ ex ſurreptione, uel imperfectione actus, ſeu motus, ſenſualitatis ſine conſenſu rationis. Secundo ex defectu iudicij inſufficientis quale habent ſemidormiētes, uel ſemiebrij, uel adeo turbati, ut non aduertant quid faciunt, ut quando aliquis ſubito ex paſſione in uerba contumelioſa prorumpit, non aduertens eorum ſignificationem, ſecus ſi aduerteret, quæ dicit, & ſic de alijs, ſignum huius rei ſit, quando tranſacta illa turbatione, & paſſione animi, ſi quæris, quid dixerit, aut fecerit, neſcit reſpondere.

16 Et quia dictum eſt motus ſenſualitatis ſine conſenſu rationis eſſe peccatū ueniale, ideo dubitatur, an cogitās rē aliquā venereā, aut aliquod aliud peccatum, abſq; intētione illud ꝑpetrādi, ſi delectetur in illo cogitatu, peccet mortaliter?

Vt du-

Vt dubiũ hoc intellectu difficile bene percipiatur, eſt aduertendũ; qđ tripliciter pôt homo peccare ſolo cogitatu. Primo, qñ cũ cogitatu comitatur propoſitũ exequendi rẽ cogitatã. Secundo, qñ, etſi nõ aderit ꝓpoſitũ ꝑpetrãdi, adeſt tñ quoddã deſideriũ, ut exequeret. Tertio, qñ uolũtas cõſentit in delectatione illius cogitatus, ꝗuis nec proponat, nec deſideret illud fieri, de quo eſt queſtio.

De duobus primis, non eſt difficultas, quod ſint mortalia (ſcriptũ eſt enim, Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eã, iam mechatus eſt in corde ſuo,) ſed de tertio (ꝙ ab Aug. vocatur delectatio moroſa) eſt notandũ, ꝙ cum ab aliquo cogitatu malo puta rei venereę, aut alterius peccati, oriatur aliqua delectatio, homo pôt ſe habere tripliciter circa illum. Primo reſiſtendo, & repulſando illum voluntatis imperio, & hoc modo meretur, eſt enim actus virtutis. Secundo, nec reſiſtendo, nec conſentiendo, & hoc modo eſt veniale. Tertio conſentiendo in illã delectationem, & hic modus conſentiendi in delectationẽ pôt eſſe dupliciter, ait D.T.1.2.q.74.art.8. pro cuius intellectu eſt aduertendũ, qđ omnis delectatio oritur ex aliqua operatione, aut externa, & trãſeunte, aut interna, & immanente, quia ſicut actũ exteriorẽ, puta fornicationẽ, ſequitur ſua delectatio ſẽſualis, ita actũ intellectus, ſ. illã cogitationẽ, ſequit ſua delectatio intellectualis: prӕterea oĩs delectatio habet aliquod obiectũ, de quo delectatur; itaq; quӕlibet delectatio pôt comparari ad duo, ſ. & ad operationẽ, vnde cauſatur, & ad obiectum, in quo delectatur; contingit aũt qñque eandem operationem, & eſſe cauſam, & obiectum delectationis, ſuper quã homo reflectendo ſe, delectabitur; quod accidit exempli gratia, qñ Iudex cogitans ſuper aliquo homicidio perpetrato, delectatur de illo cogitatu, eo quod bene intellexerit factũ homicidij, quamuis homicidium ipſum ſibi diſpliceat, tunc ille cogitatus ſuper homicidio erit cauſa ſimul & obiectũ delectationis, in quantũ ſua delectatio ibi terminatur & non vltra, & hoc modo delectari hoĩem de mala cogitatione, non eſt peccatum, imò qñq; erit actus virtutis, dum ſit ad bonũ finem, eſſet aũt veniale, ſi fieret curioſitate quadam, ꝑꝑ motum iraſcibilis, qui oriri poſſet, aut concupiſcibilis, ſi eſſet de rebus carnalibus: ſed qñ delectatio refertur non ad cogitatum, ſed ad rẽ cogitatam, habẽs illam pro obiecto, puta delectatur propriè de homicidio, ita prudenter, & ſecretè perpetrato, tunc erit peccatũ mortale, eo modo, quo mortale peccatũ eſt illud, de quo delectatur, nam delectatio illa non pôt eſſe ſine aliqua affectione, & paſſione animi circa homicidiũ, à quo ortũ habet, ꝗuis ab eo abſtineat, ꝑꝑ aliquẽ timorem, aut aliquid aliud. Vnde iſta delectatio diſtinguitur à prima: verũ in peccatis carnalibus earũ diſtinctio nõ ita manifeſtè cognoſcitur ꝑꝑ naturã hoĩs corruptam, & pronã ad motus ſenſuales inordinatos, nã accidere ſolet qñque, dũ aliquis Doctor ſtuduerit, aut cogitauerit ſuper adulterio pro diſputatione, aut lectione facienda, vel dũ Cõfeſſor cogitet ſuper aliqua fornicatione ſui pęnitentis, vt poſſit in ea prouidere, eos habere motũ quendã carnis, ꝗuis ſibi diſpliceant hmõi peccata, & quidã Doctor in Confeſſione retulit mihi, dũ ſtuderet ſuper quodã caſu adulterij, & ſuꝑ tali materia diſcurrẽdo delectaret de eius perceptione, ſe pollutũ eſſe cõtra voluntatẽ. Concludamus igit, qñ delectatio refert ad cogitatũ ſolũ homicidij, aut adulterij. habẽs illũ ꝓ obiecto nõ erit peccatũ, dũ aũt refert ad rẽ cogitatã, puta ad homicidiũ ipſũ, aut adulteriũ, tũc erit peccatũ mortale, & ſic de alijs peccatis iudicandũ eſt, tunc dico eſſe mortale, qñ nõ aduertens delectationẽ, cõſentit, approbãdo, & nõ reijciẽdo illã, & multo peius ſi nutriat cogitatũ, vt magis delectet, ꝗuis nõ proponat nec deſideret illum effectuari, verumtñ ſic cogitando, exponit ſe periculo veniendi ad actũ deliberatũ, & effectus executionẽ; Dũ aũt non bene aduertit delectationẽ inſurgentẽ ex illo cogitatu, ꝑꝑ imperfectionẽ actus, erit veniale, licet ꝑ longam

Homo tripliciter ſe poteſt habere circa delectationẽ cogitans.

Nota.

Inaduertentia minuit rationem peccati. morã in eo permanſerit, non enim uocatur delectatio moroſa, ex longa mora in ea poſita: ſed quia ratio ſuperior dum bene aduertit cogitationem malam, conſentit, eam approbando, & non ſtatim reijciendo: quod fieri poteſt in non tempore. Dixi (dum benè aduertit;) quamuis enim aliquantulum aduerteret; ſed non plenè, non ideo erit mortale, vt benè ait Caietanus in Summa, verbo Delectatio. Igitur vt fugiamus huiuſmodi peccata, quæ multoties committuntur, & non aduertuntur, aut propter ignorantiam putantium non eſſe peccatum, eo quod non deſideratur fieri, aut quia non benè aduertunt, ſi conſenſerint, an non; vnuſquiſque monitus ſit, vt dum ab huiuſmodi cogitationibus, quæ talem delectationem cauſant, aggreditur, debitam repulſam faciat, ſtatimque eas repellat. Vnde Beatus Hieronymus ſic ait: Oportet irruere in ſenſum hominis: veruntamen ille prædicatur felix, ille beatus, qui dum inuaſus à cogitatu interficit cogitatum, & allidit eum ad petram, petra autem eſt CHRISTVS.

1. Corollariũ. Hinc ſequuntur quædam corollaria. Qui fixè aſpicit pulchram mulierem, oſculatur, aut amplexatur, vt tantum delectetur in illis, peccat mortaliter, etiam ſi non habet in animo vltra progredi: verum inter viſionem, & tactum eſt differentia, quo ad hoc: nam viſio delectabilis pulchræ mulieris non eſt ſecundum ſe libidinoſa, ſicut oſcula, & amplexus, quæ ex ſe ordinantur ad uenerea: ideo poteſt homo quandoque delectari in viſione pulchræ mulieris ſine peccato: niſi illam ordinaret ad malum finem, aut ex illo aſpectu ſentiret aliquem motum carnalem, & in illo ſe firmaret: ſed tangere mulierem, oſculando, & amplexando, non poteſt homo ſine peccato, niſi talis actus bono coniugij honeſtaretur. *Differẽtia inter viſionẽ et tactum mulieris.*

2. Corollarium. Item qui oſculatur puerum, aut puellam, cum aliqua delectatione, cogitans pro tunc in ſua amante, peccat mortaliter, propter intentionem corruptam, quam habet, licet puer ille, aut puella non ſint materia libidinoſa, propter ętatem. Et conſequenter delectari in contemplatione ſimilium actuum, erit, vel non erit mortale, ſicut actus illi contemplati.

3. Corollariũ. Item qui voluntariè delectatur cogitando ſuper actum carnalem conditione honeſtatum, puta, ſi talis mulier eſſet ſibi vxor, ageret cum ea, peccat mortaliter, quamuis enim, vt ait Caietanus in opuſculis, actus ille conditione fiat licitus, non tamen conditio facit, vt delectatio de illo actu ſit licita, quia illa nõ eſt conditionata, ideo cum ſit ſimpliciter de actu venereo, eſt peccatum mortale, quia eſt delectatio moroſa de actu malo in ſe.

Et conſequenter, qui uoluntariè delectatur in aſpectu mulieris, quam intendit in vxorem ducere, peccat mortaliter.

Item Vidua, quæ voluntariè delectatur, cogitando de actu cõiugij prӕterito abſolutè, non peccat, ſicut ſi actus ille præſens eſſet cum viro, non peccaret, quia, vt Caiet. eodem loco, temporis differentia non uariat conditionem ſui cogitatus. Dixi (abſolutè,) quia ſi tali cogitatui annecteretur aliqua mala circunſtantia, ideſt motus concupiſcentiæ, aut voluntaria pollutio, aut deſiderium faciendi actum primo ſimilem, & ſimilia, eſſet mortale, & ideo ſi vidua in recordatione talium actuum experitur ſe opprimi à talibus, & ſimilibus motibus periculoſis, tenet abſtineri à memoria taliũ, ſicut tenetur euitare pericula.

27 *peccatũ veniale ex cauſa propter paruitatem materiæ.* Tertio illud, quod eſt mortale ex propria natura, efficitur veniale ratione paruæ materię, quòd propriè accidit in peccato furti, furtum enim, etſi ex proprio genere ſi mortale, quia directè contra pręceptum Diuinum (nõ furtum facies) & contra iuſtitiam, inferendo nocumentum proximo; tamen dum aliquis aufert aliquid parum cum certa credulitate quòd Domino illius rei non diſplicebit, imò ſi adeſſet, libenter donaret, non peccat mortaliter, quia parum

m, aut nullum nocumentum infert Domino rei, ait D.T.2.2.q.66.art.6. ſi autem poſtea coſtaret de contraria voluntate Domini, debet illud reſtituere, & : erit liber, ait Sylu. Verbo, Furtum, §.6. Imò dico, ſubripere propriè aliquod ιrum, etiam ſi ſciat id Domino diſpliciturum, ſine animo tamen furandi maιs, non peccat, plus quam venialiter, ſecundum Nauar. c.17. nu.3. Caiet. 2.2. t ſupra, quãuis D.T. hoc expreſsè non dicat, nam etſi illa res friuola aliquod ιocumentum infert Domino moleſtè ferenti, tamen tale nocumentũ non deιet ab animo humano computari inter nocuméta ſimpliciter, pro quo dignus εſſet Inferno. Dixi (ſine animo furandi maius,) nam ſi ſubripendio parũ, habeιet animum accipiẽdi plus, ſi poſſet, peccaret mortaliter ratione prauæ intenιionis (quamuis per leges ciuiles, quæ minima parui faciunt, dum penſant efſectũ & non affectum, talis non diceretur fur, & latro) ſed Deus reſpicit cor hominis, ideo condemnatur ratione affectus. Et ſi furatur parum, ſed ſæpè, vt facere ſolent emptores nobilium, fraudãtes Dominos ſuos, quaſi ſingulis diebus ſubripientes aliquod minimum, vel venditores merciũ, tenentes menſurã iniuſtã, aut vendentes vltra pretium iuſtè taxatum, & huiuſmodi, peccat mortaliter, quamuis parum pro qualibet vice accipiat, non enim in talibus attenditur id parum, quod accipitur, ſed ad totam quantitatem ſubreptam in fine temporis, ad quam fertur ſua praua intentio, pro qua condemnandus eſt.

niſi habebat prauam intentionem

Furtũ quãdo eſt veniale.

Nota.

Item ſi furando aliquod parum, intenderet inferre aliquod notabile nocumentum Domino rei, puta auferẽdo acum ſartori, quem ſciebat, aut ſcire debebat alium nõ habere, & propterea ceſſare ab opere, aut inſtrumẽtum laboranti animo impediendi eum à ſuo labore, & ſimilia, vel ſubripiendo aliquem fructum pulchrũ à Pomerio (licet parui valoris) pro quo ſcit Dñm offenſum iri notabiliter, propter affectionẽ quam habet in illo, peccat mortaliter, ait D.T. vbi ſupra, non ratione fructus ſubrepti, non enim accipit illum principaliter, vt comedat, ſed vt Dominum offendat, vnde non dicetur propriè fur, ſed odioſus. Præter iſtos caſus furari rem parui momenti, eſt veniale. 28

Sed dubium eſt, quæ quantitas requiratur ad iudicandum furtum eſſe mortale, aut veniale? Reſpondent Syl. & Nauar. quibus ſupra, hoc relinquendum eſſe arbitrio boni viri. Quæramus vlterius à bono viro, num poſſit dari aliqua regula in hoc, vt non moleſtentur confeſſarij in quærendo bonos viros per vicos, & plateas in caſu neceſſario.

Dubiũ quãta debeat eſſe res furata, ut iudicetur, ut veniale.

Reſpondetur, in hoc non poteſt dari regula vniformis, quia nullibi definitũ inuenitur, an certa quantitas ſufficiat ad faciendum mortale, aut veniale; ſed vt abſoluamus à dubio non potentes à ſe iudicare ſuper huiuſmodi, dicamus quæ collegimus ex multis grauibus Doctoribus, vbi nõ parum notandum eſt pro regula, & fundamento iſtius deciſionis, quòd, vt ait D.T. loco ſupra citato, furtum intantum eſt peccatum, inquantum eſt contra charitatem proximi, eſt enim præceptũ ſecundæ tabulę reſpiciens charitatem proximi, & tunc dicitur eſſe contra charitatem, quando per furtum infertur nocumentum proximo in ſuis rebus. Igitur quando furatur tantum, quantum ſufficit ad inferendum nocumentum ſimpliciter Domino rei, tunc erit mortale.

Notandum.

Furtũ eſt peccatũ, quãdo eſt contra charitatẽ proximi.

Dico (nocumentũ ſimpliciter,) nã ſi quis pro re friuola ſibi ſubrepta, offenderetur, & ad iracundiã incitaretur, vel quia eſt auarus, & tenax, vel puſillanimis, vel multum ſenſibilis, & cerebri anguſti, non per hoc illud friuolum debet iudicari pro nocumento ſimpliciter, vt benè vult Sotus, quamuis appareat nocumentum ad hominẽ, propter ſuam extremitatem; ſed illud dicetur eſſe nocumentũ ſimpliciter, ait Caietanus ſuper D.T. loco ſupra citato, quod cõmuni animi conceptione, humano more, pro nocumento iudicabitur: quod non eſt applicandũ ad omnes vniformiter, & æqualiter; ſed ſecundum qualitatem

Digitized by Google

perſonarum temporum,& locorum. Hic deducuntur multę concluſiones.

1. Concluſio. Sit prima concluſio. Qui aufert mediam,aut quartam partem Iulij,ſeu Argentei,aut vnum panem pauperi,amplius non habenti,pro ſuo victu illa die, peccat mortaliter,quia etſi quantitas illa in ſe conſiderata non ſit notabilis,eſt tamen reſpectu perſonæ,cui infertur magnum nocumētum,vel quia ſibi auferetur victus vnius diei,vel quia ſuæ facultati pro magno ęſtimatur: iuxta vetulā Euangelicam,quæ pro duobus denarijs miſſis in gazophilatiū domini commēdata fuit. Huic cōcluſioni ſubſcribit D.T. Caiet.quo ſupra. Sotus lib.5.de Iuſt.& iure.q.3.art.3.Syluest.verbo Furtum.§.5.& Nauar.c.17.nu.3.

2. Concluſio. Secunda concluſio. Qui aufert magno diuiti duos,aut tres argenteos,non peccat mortaliter, quia tali perſonę paruum,aut nullum nocumentum affert, nec ſciens de tali triſtaretur. Idem dicendum de gallina, aut hędo,vel ſimili, eidem ablato, auctores qui ſupra,quamuis ex D.T.hoc non colligatur expreſsè,niſi ex ſuo fundamento iam poſito.

Inſtantia. Contra hanc concluſionem inſtatur:ergo auferre Regi,vel Papæ viginti,aut triginta aureos, erit veniale. probatur,nam minus nocumentum infertur ei,& multo magis Rex vilipendit triginta aureos, quàm diues duos argenteos.

Reſponſio. 3. Concluſio. Reſpondet Sotus,vbi ſupra,& ſit tertia concluſio,& ſi quantitas in furto ſit iudicanda per reſpectum ad perſonam,cui damnum infertur,quantum ad eſſe mortale,& veniale,tamen hoc eſt intelligendum infra certum terminū, extra quem regula ſupradicta non militat, vnde cum dictum ſit auferre pauperi parum, eſſe mortale reſpectu perſonæ; non tamen quantumcunque parum,quis enim pro vno denario ablato,etiam valde pauperi,iudicabit eſſe mortale? ſic è contra auferre Principi aliquod notabile,erit veniale reſpectu perſonę,veruntamen ſtandum eſt infra aliquem terminum. Sed quęris,infra quātum terminū ſtādum eſt? Dicitur quod furando Regi,aut magno Principi vnum aureum erit iudicādum veniale rōne iā dicta, ſi āt auferrētur duo,vel tres aurei,ſine dubio eſſet mortale; quia quantitas in ſe eſt notabilis,& exceſſiua:quę abſolutè conſiderari debet,ait Sotus,quo ſupra,cui ſententiæ ſubſcribit Nauar.vbi ſupra.

4. Concluſio. Sed quid dicendum de perſonis mediocribus,quę non ſunt ita pauperes,nec valde diuites? Reſpondetur pro quarta concluſione. Cōi prudentum iudicio, quantitas vnius argentei,ſeu Iulij facit regulariter peccatum mortale. Dico(regulariter:)nam reſpectu loci vbi viuitur in magna parſimonia,& egeſtate,etiā medietas argentei faceret mortale,puta in aliquibus Villis,caſtris,& Mōtibus, ac locis ſterilibus,vt intelligimus de aliquibus Hiſpanię partibus:nā in huiuſmodi locis communiter medietas argentei ablata ęſtimatur pro nocumento,& damno ſimpliciter:& hoc vult dicere Nauar.loco citato,& non in locis opulētis,vbi eſt abūdantia Vini,& olei,Tritici & Carnium,eſſet.n.nimis dura ſententia,condemnari hominem ad gehennā pro medietate Iulii.Idem dicendum reſpectu temporis,quandoquidē aliquando currit talis ſterilitas,φ cōiter ęſtimatur medietas Iulij ꝑ re magni momēti, & qñq; vnus Iulius pro minori,ſuo ſolito.

Nota. Nota,φ qñ dicimus,quātitas vnius Iulii,vel aurei facit eſſe mortale,nō eſt intelligēda indiuiſibiliter;ſed cū diſcretione,parū plus,vel minus,ad prudētis iudiciū,& ſic de alijs.Idē iudiciū faciendū eſt de rebus,ꝗ auferuntur,& furari ſolēt,ut ęſtimētur ſm cōditionē loci,& tēporis,puta auferre Neapoli gallinā, aut decē oua,vbi plurimū valēt,eſſet mortale,ꝗ ꝗdē res eadē in aliqb. villis vel caſtris vbi parū ęſtimant,eſſet veniale,ſic ēt de fructib.alijſq; reb.eſt iudicādū.

Inſtantia. Sed contra iſta arguitur φ etiā minima quantitas facit eſſe mortale;ait enim Hieronymus,& habetur 14.diſt.6.cap.finali. Furtum nō ſolum in maioribus, ſed ēt in minoribus iudicari debet. Itē ex Inſtitu.de rerum diuiſione.§ gallinarum,habetur,quòd actio datur pro furto vnius gallinę,ergo, &c.Reſpondetur

ad

l illud Hieronymi, quòd intelligitur, quãdo adeſt animus nocendi in plus, ut ctum eſt ſupra. Vnde ſubdit, non enim quod furto ablatum eſt, ſed mens fuantis attenditur. Ad ius ciuile dicitur, vt paulo ſupra, ſcilicet quantitatem ęſti ari per reſpectum ad perſonã, locum. & tempus, nam regulariter leges ciui: minima paruif aciunt, vt ſupra dixi.

Secundo arguitur, ſi minima quantitas facit eſſe veniale, ergo poſſet aliquis :ari per peccatum ueniale, ſæpe auferendo aliquod minimum, & furtum reirando, 2. *Inſtantia.*

Reſpondet Sotus quo ſupra, quando ſumma illorum minimorum incipit eſ magna, tunc actus ille furandi, quamuis ſit rei minimę, tamen reſpectu rem ablatarum præcedentium, quibus coniungitur, efficitur ſumma magna, & otabile damnum Domino, & ideo mortale.

Sed contra, ſi illa pauca multiplicata, & reiterata furta furarentur diuerſis ; lli eorum inferretur notabile damnum, & ex conſequenti non eſſet mortale de ſequitur poſſe hominem ditari per multa peccata venialia, ideo aliter radetur. Aut huiuſmodi actus furandi procedunt à voluntate interciſa, hoc, dum homo furatur illud parum, non intendit furari maius, nec alio temre, & poſtea de nouo ſubuenit alia occaſio furandi ſimiliter, tunc quanncunque reiterat huiuſmodi furta, ſic conditionata, ſemper eſt veniale, nec eſt de neceſſitate ſalutis reſtituere illa: qa ſicut multa peccata venialia nũam poſſunt facere unum mortale, quantumcunque ſimul ſumpta, vt aiunt eologi, ita huiuſmodi parua furta uoluntate interciſa, cùm vnum non ordi:ur ad aliud, nec omnia ad vnum finem quantumcunque ſimul ſumantur, & aliqua quantitate notabili conſiderentur, nunquam facient vnum furtum tabile mortale, & ex cõſequenti non pariunt obligationem, quia ſemper renent in ſua natura, hoc eſt ſunt venialia, ratione paruæ quantitatis, ſiue furn fiat ſemper eidem, ſiue diuerſis, nec ſequitur aliquem ditari hac via, nam i ſic furantur, nunquam aſcendunt ad ſimilem quantitatem, ſi quis enim ita tinuè furaretur, vt ſummam magnam augeret, hoc non eſſe poſſet, niſi ex tinua malitia, & praua uoluntate, ut nunc dicam. Aut iſti actus procedunt oluntate continua. ideſt dum furatur illud parum ſemper fur habet in ani furandi pluries, & maius, quod ſi pro tunc non facit, vel quia non poteſt s accipere (ut faciunt mercium venditores,) vel vt non diſcooperiãtur eius a, & commodius cõtinuare poſſit (vt faciunt emptores Nobilium, & huiuſdi) tunc ſemper tenetur ad reſtitutionem, quia eius furta cum ordinenrur nam quantitatem notabilem, ratione finis iudicantur, vt vnum furtum rtale: ideo &c.

3. *Inſtantia.*

Multa peccata venialia nunquam faciunt unum mortale.

29

Quartò, quòd ex genere, & propria natura mortale efficitur veniale, aut lum ex occurrente neceſſitate ; & hoc accidit, vel in peccato furti, dum s furatur aliquid pro ſuſtentatione vitæ, quando non habet vnde ſibi & s prouidere poſſit, vel in peccato homicidij, dum quis aggreſſus à ſuo nico, in tali diſtrictu inuenitur, quòd niſi eum occideret, probabiliter tiret aut mori, aut grauiter vulnerari, aut ſaltem notabiliter inhonoratum ianere, in quo vltimo caſu conceditur etiam inimicum perſequi, ſi fu- arripiat, in eodem tamen conflictu, extra quem poſtea non liceret, eſſet n vindicta, & conſequenter mortale. Limita quo ad recuperationem hois, hoc eſſe licitum nobilibus tantum, quibus honor eſt maximę æſtimanis. Dixi (probabiliter timeret) ſi enim certò ſciret, non poſſe euadere, niſi n occidat, tunc nec etiã peccaret, iuxta illud diuulgatum. Vim vi repellere t cũ moderamine inculpatę tutelę. Vel dum vita alicuius innocẽtis inuaſi endit, nõ potẽtis aliter liberari, vel dũ aliquis inuadi̅tur à latronibus, ita vt

Peccatum ex cauſa veniale, ratione neceſſitatis.

Neceſſitas excuſat à furto, homicidio. & obſeruantia feſti.

Vim ui repellare licet.

ſi non occideret, ſpoliaretur omnibus bonis, vnde poſtea duceret miſerimam vitam, qui enim aufert alimenta, aufert vitam, non tamen pro aliquibus bonis, ſine quibus viuere poſſet, tunc enim eſſet mortale. Vel dum egeſtate premitur, nec habens qui eum ſubleuet laboraret die feſto pro pane neceſſario acquiren do. Sotus lib. 5. de iuſt. & iure q. 3. art. 3. In cæteris autem peccatis non liceret quantumcunque neceſſitas vrgeret: verbi gratia ſi puella grauis inopiæ oppreſſione, vel mortis timore, vt vitę ſuccurreret, iuuenem admitteret: peccaret mortaliter, non enim licet mortiferè delinquere, ob quamcũque cauſam, etiam pro uita tuenda. Sotus quo ſupra.

Dubium.

Sed quare in caſibus ſupradictis licitum erit ſine mortali, in cęteris autem minime?

Reſpondetur, quòd etſi tam furtum, & homicidium, quam peccatum luxurię ſint prohibita de iure naturæ, tamẽ circunſtantia finis, vel alterius rationis in furto, & homicidio, facit mutare conditionem peccati: quod non accidit in peccato luxuriæ, & ſimilibus, huius differentiæ ratio oritur ex hoc, quod dicam; & primo in peccato furti, furtum enim duplicem peccati rationem habet, vnam quatenus eſt contra iuſtitiam, quæ reddit vnicuique quod ſuum eſt, alterum quatenus per furem fraus, aut dolus committitur: omnia iſta ceſſant in caſu neceſſitatis. Iure enim naturæ omnia ſunt communia, ſub quo iure res cedit in dominium prius occupantis, meum autem, & tuum introductum eſt ex iure gentium; quod non poteſt derogare iuri naturali, dum ratio viget, ſecundum enim naturæ ordinem ex prouidentia diuina ſic ſunt res ordinatę, ut inferiores deſeruiant ſuperioribus, quo fit, vt de ipſis ſubueniendũ ſit hominum neceſſitatibus, & ideo quæ affluenter à diuitibus poſſidentur ex naturali iure ſuſtentationi pauperum debentur. Vnde Ambroſius ait, & habetur diſt. 47. Eſurientium panis eſt, quem tu detines, Nudorum indumentum eſt, quòd tu recludis. Miſerorum redemptio, & abſolutio eſt pecunia, quam tu in terram defodis.

Furtũ habet duplicẽ rationem peccati.

Sed quia de eadem re ſuperflua, quæ pauperibus debetur, non poteſt omnibus neceſſitatem patientibus ſubueniri, cum ſint multi, relinquitur earum diſpenſatio arbitrio poſſidentis, vnde ſequitur, quòd homo de ſua ſubſtantia ſuperflua pro ſtatu ſuo tenetur ex Diuino pręcepto, vt ſupradictum eſt, eleemoſynas facere, egenoſque alere, Et quis eſt, qui ſuperflua poſſidet, vt hæc facere poſſit? qui contentatur de ſtatu ſuo; ſed quia nemo ſua ſorte cõtentus uiuit, in eius perniciem animæ teſte D. T. 2. 2. q. 118. & Caiet. ſuper primo artic. ideo nemo iudicat teneri ad hęc.

Dum autem hoc non fit auaritia poſſidentium, patiens neceſſitatem poteſt ſibi prouidere de vitæ neceſſarijs, vbicunque inuenerit ea. Quæ neceſſitas ſi extrema eſt, nedum non peccat rem alterius accipiendo, verumetiam nec furtum dici debet, ait D. Thom. 2. 2. quæſtio. 66. art. 7. & ex conſequenti non tenetur ad reſtitutionem, quia cum naturali iure ſibi debeatur, vt dictum eſt, non committitur iniuſtitia, vt reſtitutioni ſit obnoxius, nec fraus, vt peccatum aliquo modo dici poſſit, diſpenſatio namque, etſi ſtet arbitrio poſſidentis, dum tamen poſſidens non diſpenſat egenis extremè patientibus, ut tenetur, licitum erit eis propria auctoritate ſibi pro vita reparãda, ſuccurrere. Quæ autem ſit extrema neceſſitas, vide infra, capit. quinto, de reſtitutione in particulari. Si autem neceſſitas extrema non eſt, ſed magna, etſi non excuſet a toto, tamen à tanto, vt grauiter non peccet, qui furatur, eſt enim in hoc caſu aliqua fraus, ſed non iniuſtitia. Dico (quòd non eſt iniuſtitia) quod enim occupat, ſibi detur naturali iure, ut dictum eſt. Dico (quòd eſt aliqua fraus) nam cum diſpenſatio rerum ſuperfluarum maneat

Parte ſecunda.

in

Digitized by Google

in poteſtate poſſidentis, vt dixi, non poteſt talis egenus propria auctoritate illud ſibi arrogare modo, quo extremè patienti conceditur, ut ſuæ vitæ iam deficienti ſuccurrat, vnde peccat quidem venialiter: ſed non tenetur ad reſtitutionem. Dico (peccat) quia fraudem committit, ut dixi, appropriando ſibi ſua auctoritate, quod Domino diſpenſandum relinquitur. Dico (venialiter) quia neceſſitas magna eum excuſat. Dico (non teneri ad reſtitutionem) quia etſi non poterat propria auctoritate auferre, quod ſibi de iure debebatur, & auaritia poſſidentis non dabatur, dum tamen iam ablatum eſt, factum eſt ſuum eadem ratione, qua ſibi debebatur. Vnde in Decretali, cap. ſi quis, extra de furtis, ſic habetur: Si quis propter neceſſitatem famis furatus fuerit veſtem, cibaria, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres. Ex quo colligitur, ſi peccaret mortaliter, non imponeretur tam parua pœnitentia, conſueuerunt enim Canones pro quolibet minimo mortali, imponere pœnitentiam ad minus ſeptem annorum, & ſi non deberetur ſibi de iure, Canon cogeret ad reſtituendum, quod non facit, quæ omnia ſecundum Gloſſam, Raymundum, Innocentium, & D.T. intelliguntur, non de extrema neceſſitate, in qua cum nullum committatur peccatum, ut dictum eſt, non eſt, cur pro ea deberet imponi pœnitentia trium hebdomadarum, nec de parua ſimpliciter, quę cum non ſit ſine mortali culpa, non abſolueretur à reſtitutione, relinquitur ergo, eam de magna neceſſitate ad iudicium prudentis, debere intelligi, quę eſt veniale peccatum, quæ ſi quandoque uocatur parua, intelligitur reſpectu extremæ. Et nota quòd hæc ratio ſupradicta militat in eo, qui aufert aliquid pro ſuo victu neceſſario, & non in quantitate eceſſiua, ac etiam à diuite, & non à paupere, vt ipſe, quia in æquali cauſa, dicitur, §. porro. l. ſi ob turpem. ff. de conditionib. ob turp. cau. potior eſt conditio poſſidentis. Quæ lex non extenditur ad extremam neceſſitatem: in illa enim res cedit in dominium prius occupantis lege naturali. *Nota.*

Secundo, in homicidio, dum enim aliquis inuaſus ſe, vel alium innocentem defendendo, inuaſorem occidit, quando aliter euadere non poteſt, nō peccat, mors namque illa, inde ſecuta, non eſt per ſe intenta, ſed eligitur, tanquam medium neceſſarium ſuæ euaſionis, & effectus defenſionis. Signum huius rei eſt, quando non haberet animum occidendi, ſi aliter euadere poſſet, ſed neceſſitate ducitur. Idem iudicium faciendum eſt de inuaſo à latronibus, ſiue de nocte, vt vult Sotus, ſiue de die, vt Scotus, Nauar. & alij, quando tamen omnibus bonis ſpoliaretur, & non aliqua parte, ſine qua viuere poſſet, aut quādo illa omnia aliter recuperare non poſſet, ſi enim alia via poſtea poſſet illa recuperare, ſcilicet aut per viam amicitiæ, aut iuſtitiæ, & ſimilium, non liceret ſine mortali ſecundum Scotum, Sotum, & Nauarrum. Multa alia requiruntur ad iudicandum homicidium ex neceſſitate non eſſe peccatū, de quibus diffuſius, ex profeſſo loquemur infra, in cap. de reſtitutione, circa damnificationem factam in perſonam. vide ibi, ſecunda parte huius operis. *Neceſſitas excuſat ab homicidio.*

Tertio quantum ad eum, qui die feſto laborat, ex neceſſitate magna, facile conuincitur, nam cum tale præceptum ſit Eccleſiaſticum, Eccleſia non intendit aggrauare quemquam in huiuſmodi, videmus enim in ſimilibus facile diſpenſare. *Neceſſitas excuſat ab obſeruantia diei feſti.*

Ex his concluditur in prędictis caſibus neceſſitatē facere, vt quod per ſe eſt mortale, per eius cōcurſum efficiatur veniale, aut nullum. Sed in peccato luxuriæ non poteſt fingi ratio vlla, per quā poſſit reddi licita, niſi bono matrimonij honeſtetur, eſt enim à natura ad finē prolis procreandæ ordinata, modo, & ordine conuenienti, qui autem vtitur concubitu vago, aut prolem incertā gignit, contra naturalis rationis ordinem agit, & ex cōſequenti mortaliter delinquit

Digitized by Google

quit,qui actus nulla conditione, aut circunſtantia honeſtari poteſt.

Idem dicendum in peccato periurij,in iuramento enim Deus in teſtem inuocatur,qui ergo periurat, facit Deum teſtem falſi in eius contemptũ, quod habet rationem lęthalis culpæ,contra Religionem,vnde talis actus nulla neceſſitate currente iuſtificari poteſt, Deum enim contemnere non debemus & pro uita propria:quam exponere debemus in eius ſeruitium, & honorem,igitur periurare coactè,aut timore mortis, aut quacumque alia neceſſitate, ſemper eſt mortale.

30 Hinc ponderanda ſunt aliqua verba in definitione poſita, & Primo quantum ad illa, ſcilicet (contra leges humanas) quod leges, & ſtatuta humana, vt obligent ad mortale, quattuor requiruntur, ſecundum quattuor genera cauſarum. Primò, quo ad cauſam efficientem, oportet vt ſint condita ab habente poteſtatem condendi leges, ſtatuta, pragmaticas, & huiuſmodi. vt ſunt Principes, & uniuerſitates, & Communitates, habentes talia priuilegia. Secundo quo ad cauſam materialem quod leges, & cætera ſuperius dicta ſint de rebus in ſe iuſtis, & licitis, iniuſtæ enim eſſent, ſi eſſent contra jus Diuinum, & naturale, & bonos mores, vt contra facere ſolent aliqui Barones in ſuis Terris condentes aliqua ſtatuta impertinentia, quæ honeſtatis gratia ſilentur: ac item quando prohiberentur quædam, quæ ratione loci, & temporis obſeruatu optima eſſent. Tertio, quo ad cauſam formalem, quod ſecundum proportionem virium imponantur onera ſubditis, eſſet enim opus potius tyrannicum, quam boni Principis imponere ſubditorum humeris onera incomportabilia. Præterea cum lex quædam regula populis ſit,conueniens eſt, ut quadam æquitate, & rectitudine procedat, ut per eam talis proportio in ciuibus, & ſubditis, tam in diſtribuendis honoribus, & dignitatibus, quàm in imponendis oneribus, obſeruetur, qualem gradum habent in Ciuitate, & Repub. iniuſta quidem lex eſſet pauperem in gradu ſuo aggrauare magis, quàm diuitem, ac indignum, & ſine meritis hominem honorare, & præmiare poſtponendo benemeritos. Quarto quo ad cauſam finalem, quòd finis eorum ſit bonum commune, & vtilitas publica, & non auaritia, aut proprium intereſſe, vel ſimile. Itaque ſi vna iſtarum cauſarum defecerit,tranſgredientes non peccabunt non eſt tamen munus cuiuſque indifferenter iudicandi prædicta. Adde etiam, quòd ſint promulgata, recepta ſaltem à maiori parte, & non derogata, aliter non obligant, donec enim leges non promulgantur, illas obſeruare non tenemur, & promulgatæ cum ſint ſi non acceptantur, non obligant ad mortale. Pariterque ſi poſtquam receptæ fuerunt temporis decurſu, derogatæ fuerint; tunc autem derogatæ eſſe intelliguntur,quando contrario ſtatuto, etiam de primo mentionem non faciente,aut contraria conſuetudine rationabili tamen, & per decem annos continuata teſte Syluestro, uerbo conſuetudo,§.6.uel denique per non vſum, legiſlatore id ſciente, & tolerante, non obſeruantur, ut accidit in hoc Regno, ubi multæ Pragmaticæ in diuerſis temporibus ſunt conditæ, quæ temporis longitudine non obſeruatæ ſuperioribus ſcientibus,& non contradicentibus diſſuetudine derogatæ ſunt.

Leges & ſtatuta humana quando obligant ad mortale.

Secundo,quantum ad illa uerba (facere contra uota) quando eſt peccatum mortale,vide inferius in cap.de voto.

31 *Promiſſio ſiue iuramẽto quando obligat ad mortale.*

32 Tertio, quantum ad illa verba (vel promiſſiones) quòd promiſſio,breuiter loquendo,ut obliget ad mortale,tria requirit, ut ſit alicuius rei notabilis, & non leuis, ut promiſſum ſit licitum, & ut habeat animum ſe obligandi dum promittit.

Diſpenſatio quando eſt iuſta.

Vltimo, quãtum ad illa verba in fine definitionis poſita(diſpenſatio iuſta) aduer-

Digitized by Google

aduertendum eſt, quæ diſpenſatio eſt iuſta? & primo circa leges diuinas, & naturales eſt illa, quæ fit ex cauſa iuſta, ſine qua nulla diſpenſatio ualet ipſo iure, quæ debet fieri cum cognitione cauſæ, quia nullus Monarcha id faciendi poteſtatem habet, unde taliter diſpenſatus non eſt tutus quò ad Deum, vt ferè omnes Theologi dicunt, & Glo. capit. non eſt, de uoto, & Glo. capit. quanto, de iureiurando. Verum ſi diſpenſatus ſine cauſa iuſta, bona fide putat iuſtè ſecū diſpenſatum eſſe, fultus auctoritate ſuperioris, excuſatur donec durat, ſed diſpenſator, qui & diſſipator in tali caſu dicitur, peccat mortaliter, diſpenſando. Secundò circa leges humanas, & ea quæ ſunt de iure poſitiuo, diſpenſatio iuſta eſt illa, quæ ualet ipſo iure, licet iuſtam cauſam non habeat.

Verum Papa, Reges, & qui non habent ſuperiores, poſſunt ſine iuſta cauſa diſpenſare circa leges ſuas, quia eius eſt deſtruere, cuius eſt condere, vnde non ſunt alligati legibus ſuis, Cod. de legib. l. digna vox, unde taliter diſpenſatus, tutus eſt in conſcientia. Nauar. tamen preludio. 9. nu. 11. ait, ꝙ taliter diſpenſans, peccat ſaltem venialiter, ſi ſine ſcandalo, & damno alterius faciat, & diſpenſatus id ſciens, licet peccet, tamen diſpenſatio ualet ipſo iure, ſicut valet abſolutio excommunicationis, etiam iuſta, cap. venerabilibus, §. ſanè, de ſent. excommun. lib. 6.

Diſpenſatio autem inferioris circa leges ſui ſuperioris libito ſuo facta ſine iuſta cauſa, non tenet: nec debet credi illi dicenti ſe iuſta de cauſa id facere, ſi non probetur veritas. Neque diſpenſatio ualet, ſi fiat cum cauſa, quam eſſe falſam ſcitur, in foro conſcientiæ, ut habetur in cap. 2. de fil. presb. lib. 6. quamuis diſpenſatus ſi bonam fidem, ob ſuperioris auctoritatem habeat, excuſetur. ſecundum Nauar. quo ſupra.

Diſpenſatio verò ab inferiore circa leges ſuas, vel ſui prædeceſſoris, uel ſui inferioris facta, etiam libito ſuo, valet in vtroque foro.

Antequam ad ulteriora procedam, difficultatem cuiuſdam dubii peroptatam, propter Doctorum perplexitatem, & materiæ obſcuritatem, examinare duxi, quòd breuiter, ſuccinctè, & clarè, quoad potero, perſoluam, qua de re tria mihi ſe offerunt inquirenda. 13 *Dubium difficile.*

Primum eſt, an leges humanæ obligent ad peccatum mortale in conſcientia.

Secundum eſt, an hoc verificetur de omnibus legibus, & poſito quòd ſic.

Tertium eſt, an omne præceptum, & ſtatutum ipſarum legum humanarum imponat hanc neceſſitatem ſubditis in foro conſcientiæ, ut teneantur ad eorum obſeruantiam ſub reatu culpæ mortalis vltra pœnam temporalem.

Quoad primum quęſitum ponitur prima cōcluſio. Lex humana habet vim obligandi tranſgreſſores ad peccatum mortale, Probatur Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & potentes decernunt iuſtitiam: ubi inſinuatur poteſtatem regnandi, & regendi populos à Deo collatam eſſe hominibus, teſte Paulo ad Romanos 13. omnis poteſtas humana à Deo eſt, igitur lex humana ab æterna lege ortum habere videtur. Hinc eſt, ut cum legum conditores virtute prudentiæ ab æterna lege regulentur, dum eas executioni mandant virtute munitas obligatoriæ ſint, unde ſubdit Paulus. Et qui poteſtati reſiſtit, eius legibus ſe opponendo, Dei ordinationi reſiſtit. Quo ad ſecundum quæſitum, ex his ſequitur ſecunda concluſio. Omnis lex, tam Canonica, quàm Ciuilis talem vim obligandi habet. Et de lege Canonica non eſt dubium. dicitur enim Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Item Io. 20. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, ſicut miſit me viuens pater,

1. Concluſio. Leges humanæ obligant ad mortale.

2. Concluſio.

tater, & ego mitto vos, vbi manifeſtatur talem auctoritatem Eccleſiæ tributam eſſe, & rationabiliter; cum enim hominum ſtatus nunquam ſit firmus, ſed pro temporum, & locorum diuerſitate circa mores varietur, opus erat, vt pro temporum varietate, ſecundum indigentiam, vltra leges ab ipſo Chriſto conditas, pro eorum ſalute nouas condere leges, & ſub mortalis reatu obligare idque Eccleſiæ mandare, cuius curam habens, ne in rebus tam neceſſarijs falli poſſet, ſanctum ſe daturum ſpiritum repromiſit, nec eam vſque ad conſummationem ſeculi deſerturum. Et certè oppoſitum dicere, & nefas, & hæreſis eſſet quę in Concilio Viennenſi condemnata eſt, ut habetur in Clementina Ad noſtram, de hæreticis.

De lege autem Ciuili, & Imperiali, Principum, & Communitatum ſtatutis, non eſt ita clarum. Verumtamen ſecundum D. Thom. 1.2. quæſtio. 96. artic. 4. Sotum lib. 1. de Iuſtit. & iu. quæſtio. 6. artic. 4. Syluestrum, verbo lex. §. 8. &c. q. Nauar. cap. 23. num. 48. vſque ad 60. & multos alios ponitur tertia conclusio.

Tertia conclusio.

Huiuſmodi leges, & ſtatuta Principum, ſi fuerint iuſtæ, obligant ſub reatu culpæ mortalis. Dixi (ſi fuerint iuſtæ) nam ſi iniuſtæ ſint, hanc obligationem non pariunt, niſi fortè per earum tranſgreſſionem magnum orietur ſcandalum, puta Princeps fecit quandam legem tyrannicam in ſua Ciuitate, vel ſtatu, quæ ſi ab aliquibus non obſeruaretur magnam perturbationem & ſcandalum populo induceret, quamobrem ſuo iuri cedere expediret, iuxta illud Matth. 5. Si te angariauerit mille paſſus, vade cum eo & alia duo, quod limita, niſi illa lex tyrannica, & iniuſta eſſet contra diuinam ordinationem, & Dei honorem, tunc enim manifeſte impugnanda eſt, ſecundum illud Actuum 4. obedire oportet magis Deo, quàm hominibus, tunc autem lex iuſta erit, quando illis quinque conditionibus paulò ſupra recitatis munita fuerit. Probatur concluſio iiſdem rationibus, quæ pro lege Canonica allatæ fuere, niſi quod differentia ſtat in hoc, ſcilicet quod lex Canonica hanc poteſtatem à Chriſto Domino immediatè habuit, ut in teſtibus allegatis liquet, Ciuilis autem à Deo per naturalem ſortita eſt, pręcipit enim omnium virtutum actus, licet non omnes ſingularum virtutum. Vnde Auguſt. lib. 1. de libero arbitrio ait: Non videtur eſſe lex, quæ iuſta non fuerit, tantum enim habet de virtute legis, quantum habet de ratione iuſtitiæ, ratio iuſtitiæ in rebus humanis menſuratur ſecundum regulam rationis, prima autem regula rationis eſt natura, ergo à primo ad vltimum, omnis lex humana intantum habet rationem legis, inquantum à lege naturæ deriuatur, & ex hoc habet ut obliget ad culpam, vt in ſequenti concluſione dicetur.

Quarta conclusio.

Quantum ad tertium quęſitum, ponitur quarta concluſio. Non omne ſtatutum, tam legis Canonicę, quàm aliarum, obligat ad mortale, ſed quoddam ſic, quoddam ad ueniale, quoddam ad nihil obligat. Probatur quo ad primam partem, nam ſtatutorum legis Canonicæ quoddam eſt pręceptiuum, vel prohibitiuum, quod ſignificatur per hęc verba pręcipimus, obligamus, teneatur in virtute obedientiæ, prohibemus, vetamus, inhibemus, interdicimus, & ſimilia, quoddam autem mandatiuũ, quod ſignificatur per hęc verba, mandamus, ordinamus, ſtatuimus, conſtituimus, faciat, dicite, ſeu dicat, & huiuſmodi, quę quidem verba iuxta omnium communem intelligentiã non ſignificant pręceptũ, nec prohibitiones. Quoddam verò eſt conſultorium, quod ſignificetur per verba perſuaſiua, vel imperatiui modi, vt eſt dicere. Si vis pfectus ěſſe, vade, & uęde omnia quę habes, in materia tamen nõ neceſſaria, nec graui. Differunt aũt hęc, nam ſtatutum præceptiuum eſt de neceſſarijs ad ſalutem, mandatiuum de meliori bono nõ neceſſario ad ſalutẽ, conſultorium de his, quæ ſunt de perfe-

ctione,

Digitized by Google

ctione, & quæ ordinantur ad præcepta, vt media ad finem, de quibus totum corpus iuris Canonici plenum eſt, ideo ſine Canonum allegatione pertranſeo. Et de ſtatutis, & legibus conſultorijs, & mandatiuis non eſt dubium quod non obligant ad mortale; niſi ex contemptu tranſgrediantur, vt dictum eſt ſupra, ſed de lege præceptiua, & prohibitiua, non ita clarum eſt, an omnis obliget ad mortale, tum quia legislatores in condendis legibus, & ſtatutis, non ſemper conſueuerunt ſuam intentionem explicare, tum etiam, quia non inuenitur, ait Nauar. quo ſupra, verbum in lege poſitum, quod ſufficienter explicet ſuo ſignificatu mentem legislatoris, cum ſint admodum generalia, quòd poſſunt applicari culpæ mortali, & veniali. Auguſt. cap. primo, de ſponſali, tum denique quia quandoque hæc verba pręceptiua, & mandatiua in iure ita confunduntur, vt eorum ſignificata aliter accipiantur, vt habetur capit. mandatis, ſecunda quæſtio. ſecunda, vbi Epiſcopus mandat Papæ, in quo caſu mandatum ſumitur precariè, & quandoque præceptiuè, vt habetur, 11. quęſtio. 1.

Vt autem hæc ſtatuta, quando ad mortale, & quando ad veniale obligant, percipiatur, ſiue fuerint pręceptiua, ſiue mandatiua; quędā ſunt obſeruāda, & primo, quādo conſtat de intentione pręcipientis ſub pęna peccati mortalis expreſsè, tum in omni materia verificatur, vel ſi non expreſsè quomodocunque tamen innoteſcat, habet vim taciti præcepti, quod intellige in materia tantum præceptiua: vbi autem legislator hoc non intendebat, minimè obligat. Secundo, dum leges, & ſtatuta pro iuſtitia, charitate, & diuina reuerentia ſunt de materia neceſſaria, vel multum ponderoſa, etiam ſi fiant per uerba mandatiua, vel imperatiui modi, ſeu per verbum debet, vel oportet, obligant ad mortale, Sylu. & Nauar. quibus ſupra, in materia verò non neceſſaria, & non ponderoſa, ſeu graui per talia uerba mandatiua minimè obligamur, niſi ad veniale tantum, ait enim Caieta. 1. 2. q. 96. dum non pręcipit, nec prohibet, non habet animum obligandi ad mortale.

Tertio dum nec de materia, nec de intentione cōſtat, perſpicienda eſt pęna, qua lex munita fuit, quæ quidē ſi ſpiritualis eſt, puta indignationis Dei, maledictionis ęternę, uel excōmunicationis latæ ſententię; tunc ſtatutum eſt pręceptiuū, obligans ad mortale, ac etiam ſi ſententia eſt comminatoria, pro qua cōtrafaciendo, poſſet iuſtè excommunicari, quia excōmunicatio maior non ferretur, niſi pro mortali, ratione inobedientiæ ad minus: ſi pœna eſt corporalis, aut eſt mortis ſeu mutilationis, vel ita grauis, & arcta, quæ imponi ſolet pro peccato mortali, tunc obligat in conſcientia, quia huiuſmodi pœnæ non infliguntur, niſi pro eo quod eſt multum læſiuum iuſtitiæ, & multo magis ſi iuſtæ pœnæ temporales cum ſpiritualibus ſimul iunctæ imponuntur, aut pœna temporalis eſt leuis, & tunc non obligat ad mortale, vt accidit in multis ſtatutis Dominicanorum.

Quarto quotieſcunque in aliquo ſtatuto ponuntur aliqua verba præceptiua, vel prohibitiua abſolutè, debent intelligi (etiam in dubio) obligare ſubditos ad mortale, ſecundum communem Doctorū opinionem in cap. nam, de cōſti. & tanto magis, ſi cum illo verbo præceptiuo, vel prohibitiuo adiungitur aliquod aliud expreſſiuum, uel ſignificatiuum ſuæ intentionis obligandi ad mortale, ut eſt, arctè præcipimus, prohibemus in uirtute ſanctæ obędientię, & ſimilia, niſi per aliquod aliud uerbum adiunctum aut ſignum, uel alias, oppoſitum exprimatur, uel ſignificetur.

Fallunt hæc omnia de obligatione ad mortale, dum contrauenitur ex cauſa rationabili, uera, uel ſaltem ſic credita, ut patet de ieiunio, & ſimilibus, uel ratione paruę materię, ut de mendacio iocoſo, ſine offenſione, & alterius læſione

paruo

Digitized by Google

paruo furto, riſu incondito, & ſimilibus liquet, pro quibus omnibus non niſi ad veniale obligamur, etiam præcepto diuino, & naturali, vt dictum eſt ſupra, vel ratione neceſſitatis in caſu, quo etiam legis cōditor diſpenſaret, ſi adeſſet vt pariter explicuimus.

Secundam autem concluſionis partem, ſcilicet, non omnia ſtatuta legis ciuilis obligant ad mortale; perdifficile eſt probare; quandoquidem, quæ ſint illa ſtatuta, quæ obligant, & quę non, nullo ſigno clarè apparet: accedit ad hæc ratio, quod huiuſmodi obligatio non ſit poteſtate, & arbitrio Principis diſponentis obligari ad hæc, & non ad illa; ex eo, quod nulla lex ciuilis eſt, quæ talem circunſtantiam exprimat, neque ipſi Principes ſeculares talem obligandi poteſtatem habent; vt Eccleſiaſtici Principes, & Prælati, qui cum ſint animarum Iudices, quorum intereſt diſcernere inter peccatum mortale, & ueniale, poſſunt quoque ſtatuere quædam opera, pro temporum, locorum, perſonarūque varietate, & illa ponere ſub certa virtutis vitijque ſpecie, dicendo, qui fecerit hoc, vel illud, adeo reus ſit, ac ſi contra talem virtutem deliquerit, & conſequenter decernere talem tranſgreſſionem eſſe, aut mortale, aut veniale; quod ſeculares Principes, & Iudices facere nequeunt: ideo variè de hoc Doctores locuti ſunt.

Quidam voluerunt, ſolas eas leges ciuiles obligare ad mortale, quę verba præceptiua, & prohibitiua continent, ad modum Canonum Eccleſiaſticorum, quod eſſe non poteſt, tum quia, vt dictum eſt, hanc uim obligandi non habent à conditore, tum etiam quia legis conditor pęnas ſolum temporales, quas imponere, & tollere poteſt, reſpicit; nec vnquam talem obligationem continere interpretatus eſt. cap. factę. diſt. 4.

Quidam alij dixerunt legem Ciuilem, quæ ſolum pœnam temporalem cōſtituit ſine alia prohibitione, non obligare ad culpam mortalem: non enim pœna præſupponit ſemper culpam. cap. 1. de bigam. lib. 6. de quorum numero fuit Henricus Quodlib. 3.

Alij oppoſitum dixerunt, ſcilicet omnem legem, quę pęnam temporalem annexam habet, obligare ad culpam, niſi ipſa contrarium expreſſerit, ſcilicet nolle obligare ad culpam; vel ex rationabili cauſa currente, quandoque ab illa excuſet. capit. ſine culpa, de regulis iuris, lib. 6. pęna enim pręſupponit culpam, propter eius connexionem, vbi enim culpa non eſt, nulla pœnę ratio cadit, quæ propriè pœna dici poſſit, ſcilicet vindicta, & vltio: iuxta illud Deuteronomij. cap. 25. iuxta menſuram delicti, erit & plagarum modus. Nec obſtat Canon ſupra allegatus pro oppoſita opinione: nam text. ille loquitur de pœna irregularitatis, quę quidem propriè non eſt pœna corporis afflictiua, ſed impedimentum quoddam, de quorum numero fuit Sotus lib. primo de iuſt. & iure quæſtio. 4. artic. 5. & miror quidem quo pacto in hoc ſui oblitus ſit, iuxta ſua fundamenta in alijs art. ſupra narrata, nam quòd leges, & ſtatuta Imperialia obligent, aut non obligent, non eſt in poteſtate Principis; vt dictum eſt, ſicut in eius poteſtate eſt obligare, vel non obligare ad pœnam temporalem: poteſt enim Princeps ſtatuere, vt tranſgreſſor alicuius ſtatuti, vel legis, actus moralis, qui ex ſua natura obligaret ad culpam mortalem, non teneatur ad illam pœnam temporalem, & è contra, facere poteſt, vt tranſgreſſor alicuius ſtatuti facti ſuper aliqua re, quæ non eſt talis naturæ de ſe, ut poſſit obligare, teneatur ad pœnam corporalem afflictiuam. Nec dicere valet, vt dicit ipſe, loco citato, in reſponſione ad tertium argumentum, in tali caſu illam non eſſe pœnam tranſgreſſionis, ſed conuentionem, ſ. ſoluere hoc pro illo in pœnam, nam pœna quę ponitur pro vindicta, nō uocatur conuentio, quod quidem non eſt mirum, quamuis enim regulariter pœna imponatur

legi,

Digitized by Google

legi, vel ſtatuto, ob culpam; quam habet anexam, tamen quandoque imponitur ob cauſam, etiā ſi culpa non adſit. cap. ſine culpa, de regulis iuris in 6. ideo aliter dicendum, pro cuius rei dilucidatione dandæ ſunt hæ regulę.

1. Regula. Prima regula, deſumitur ex Panorm. c. quia plerique, de immunit. eccl. & eſt, Vbicunque lex ciuilis habet concurſum legis diuinæ, diſponit ſuper reſtitutione nō ſolum in foro iudiciali, ſed etiam conſcientiæ, quod eſt dicere, quotieſcunque lex ciuilis eſt de materia neceſſaria ad ſalutem, quæ etiam prohibita eſt lege Diuina, obligat tranſgreſſores, non ſolum ad pœnam temporalem ab ipſa lege inflictam, ſed etiam ad peccatum mortale cum reſtitutione damni illati. Exemplum non furari, aut alio quouis modo alienum, inuito domino detinere, non occidere, aut mutilare, ſeu quouis alio modo perſonā proximi offendere, non adulterari, non dicere falſum teſtimonium contra proximum, & huiuſmodi, prohibentur lege diuina, cum autem à lege quoque ciuili prohibeantur, duplex obligatio inſurgit: quæ quidē lex ciuilis eſt potius pręceptorum legis diuinæ explicatio, quam noua lex, ait Henricus can. 3. q. 22. quæ cōminationem pœnę adiungit, vt formidine pœnæ, oderunt peccare mali: vnde tales leges appellat pœnales mixtas, hoc eſt obligantes ad culpam, & pœnam temporalem. Hęc regula eſt ſole clarior, vehementer igitur aberrant, qui pro iſtis delictis, dum à Principe puniuntur, Deo, & parti lęſe ſatisfacere non curant, nam qui talia perpetrat, ad tria obligatur, vt ait D. Th. 2. 2. q. 64. art. 5. & dicetur infra in cap. de reſtitutione circa damnum factum in perſona, ſcilicet Deo, per iniuriam illatam, parti lęſę, per offenſam factam, & Reip. per iuſtitiam violatam, Deo ſatisfit per pœnitentiam, parti læſę, per reſtitutionem, & Reip. per pœnam ſibi inflictam.

Qui facit cōtra leges ad tria obligatur.

2. Regula. Secunda regula, idem dicendum, quando lex ciuilis cōcurrit cum lege, aut ęquitate naturæ, hoc eſt, quando lex ciuilis eſt de actibus virtutum, vel de his quæ ad virtutes reduci poſſunt, tunc obligat etiam ad mortale. Exemplum primi, qui facit contra iuſtitiam commutatiuam, proximum in bonis lędendo, aūt in negotiis defraudando vel contra iuſtitiam diſtributiuam, honores, dignitates, & officia nō diſpenſando, & ſecundum perſonarum merita ea diſtribuendo, ſed cum acceptione, exigendo ab ijs talia, collectas, impoſitiones, ſeu vt dicunt, appretium, aut preſtantia pro publicis pagamentis, non ſecundum proportionem ſubſtātię, & facultatis cuiuſque, duplici vinculo tenetur. Item qui Principis magiſtratus, & officiales impugnat, aut cum eis impudenter contendit, non ſolum Principem offendit, pro quo puniri meretur, ſed etiam mortaliter peccat, quia facit contra virtutem prudentię, iuxta D. Thom. 2. 2. q. 53. artic. 1. qui militię Principis aſcribitur, deinde eum fraudat, fugam capiendo, non ſolum tenetur ad legis pœnam, ſed peccat peccato inconſtantiæ contra virtutem prudentiæ, idem qui ſupra, artic. 5. qui in negotiis, & officio Regis negligenter ſe gerit, in pręcipiendo circa res arduas, & ſeruitio Regio importantes, non ſolum meretur, vt puniatur, ſed etiam peccat contra virtutem prudentię, idem Thom. 2. 2. q. 54. artic. 2. eodem pacto per alias virtutes diſcurri poteſt.

Exemplum ſecundi, Rex tempore famis facit Pragmaticam pro populorum vtilitate, vt nemo extra Regnū triticum, vinum, aut ſimilia victualia extrahere valeat, ne Regnū remaneat exhauſtum, quod reducitur ad virtutem prouidentiæ, quę eſt pars prudentiæ. Vel præcipit, vt menſura tritici non poſſit vendi vltra vnū aureum. Aut quòd mercatores non mercentur victualia, vt prouideat contra vitiū Auaritiæ, & rapacitatis mercatorum, ne populi grauentur, qđ reducitur ad virtutem iuſtitię. Aut quòd tempore inſtantis belli vnuſquiſque arma induat, & mulas non equitet, pro Reip. defenſione, quod reducitur

aduir-

Digitized by Google

ad virtutem fortitudinis,aut quòd ſerica veſtimenta auro,& argenteo non ornentur, pro communi vtilitate, contra vitium prodigalitatis: quod reducitur ad virtutem temperantię,& ſic de ſimilibus: quæ ſic obſeruari, Reipub. magni refert; omnes huiuſmodi vltra pœnas temporarias, tenentur etiam pro peccato mortali.

Hinc ſequitur, quòd peccat mortaliter qui ante tempus ſtatutum à lege, ignem mittit in ſegetum culmos,etiam ſi probabiliter cognoſcat,inde nullum periculum euenturum: datur enim via reliquis faciendi ſimiliter cum magno ciuium periculo. Item aleis ludere, tempore prohibito à Principe, eſt etiam peccatum: quia vitium ſuperfluitatis eutrapelię oppoſitum, quæ dicitur virtus iucunditatis,ait D.Thom.quo ſupra; ſed extra tempus prohibitum, ſi fiat cum debitis circunſtantijs, eſt actus uirtutis, vt infra. Fraudare exactiones publicas,vt ſunt Gabellę, Duanæ,Datia, vt dicunt, quæ ſoluuntur pro rebus quæ aſportantur de loco,ad locum, Pedagia pro habilitate viarum,Tallia, Collecta, Appretium,vt dicunt, Angaria, & perangaria, quæ ſoluuntur proportionabiliter pro facultate & ſubſtantia poſſeſſa,quando ſit peccatum,& quando non,dicetur infra.

3.Regula. Tertia regula,leges illæ Cęſareæ,& ſtatuta purè humana,per quorũ tranſgreſſionem,lex diuina,uel naturalis,aut Canonica,non infringitur,aut quę nõ ſunt de materia virtutum,vel ad illas reducibilia, vt dictum eſt,non obligant ad peccatum mortale, etiamſi pœna temporali muniantur. Nauar.cap.23. nume.55.Exemplum, ſtatuta de non veſtiendo ſericis, De mulam non equitando, aut de arma non ferendo, & huiuſmodi,quando eorum tranſgreſſio parui refert,ſi uiolentur, non erit magis quàm culpa inobediẽtiæ venialis;dixi(quando tranſgreſſio parui refert) vt me pręſeruarem ab his,quæ ſupra dixi, ſcilicet, quando huiuſmodi pro aliqua vtilitate pręcipiuntur. Piſcari in mare, prope caſtrum,tempore quo nulla bellornm,aut hoſtium ſuſpitio oriri poteſt, vel in flumine prohibito. Ligna incidere in ſyluis, aut nemoribus vetitis Communitatis,aut herbas in pratis communibus depaſci, nulla ratione ad mortale obligare poſſunt, ſi fundamenta ſuperius poſita bene conſiderentur. Carcerẽ effringere, vincula diſrumpere,& fugã arripere,dum ibi aliqs vinctus tenetur,dummodo non pugnet,aut cuſtodibus vim inferat, non eſt peccatum:mandato Iudicis de parendo in cauſa criminali,non obtemperando, aut fugam capiendo, dum à miniſtris iuſtitiæ perſequitur, dummodo eis non reſiſtat, aut violentiã faciat,non eſt peccatum,ait D.Tho.& Caiet.2.2.q.69.art....ad 2.

4.Regula. Quarta regula,vbicumque inter legem ciuilem, & naturalem datur diſcrepantia,ſeruanda eſt lex,ſeu ęquitas naturalis. Abbas quo ſupra,exemplum; qui verè promittit ſeruo aliquod notabile, tenetur ei tribuere in conſcientia ſub pœna peccati mortalis; quamuis per legem Ciuilem non detur actio: quia ſerui nihil poſſident. Item, ſi quis in teſtamento diſponit, ſeu in vltima voluntate aliquid legat alicui, hæres vniuerſalis in conſcientia tenetur illud legatario reſtituere,quamuis per legem Ciuilem non poſſet condemnari: ex eo quòd deficit aliqua ſolennitas, puta aliquis teſtis,aut teſtator, antequã ſtipularetur, è vita diſceſſit, & ſimilia; per cuius defectum lex ciuilis conſtituit teſtamentum minimè valere, in hoc enim caſu tenet promiſſio iure naturali, quam in conſcientia obſeruare tenetur. Dum hęres ſciens in conſcientia debita patris,fugiendo ſolutionem, ignorantiæ cauſam allegando, tunc tenetur etiam ad expenſas à creditore factas, quamuis à Iudice condemnari non poſſit,& ſic de ſimilibus.

Multi hallucinantur. Vnde multi hallucinantur in eorũ damnationem, dũ putant ſe nõ teneri ad reſtitutionem aliquarũ rerum,eo quòd de his à lege condemnari nõ poſſunt.

Item

Digitized by Google

Item,quando aliquis à lege damnatur,ut in Carcere fame moriatur,non peccat qui cibum ſibi miniſtrat, ut fecit Cimona alendo patrem ſenem in carcere damnatum, lacte pectoris ſui admodum infantis, nec ipſe ſumendo cibum occultè ſibi miniſtratum peccauit, eo quòd fecit contra legem Ciuilem prohibentem ſibi cibum,diſcrepat enim à lege naturæ, quæ vult, ut nemo ſeipſum interimat, quam potius obſeruare tenemur, cibum enim ſibi denegare, ſe ipſum interimere eſt, ait D. Thom. 2. 2. quæſtio. 69. artic. 4. ad 2.argumen.

Hæc de definitione dicta ſint.Verum,quia doctrina in vniuerſali licet magis vera ſit,non tamen ita vtilis apparet, præſertim in rebus,quæ in praxi conſiſtunt. Ideo pro maiori dictorum facilitate deſcendam ad inueſtigandũ in particulari,contra Platonis doctrinã,in vnoquoque peccato actuali.(De originali namque hic tractare nefas eſt)rationes,& regulas ſupra dictas,vt quiſque in vnoquoque genere ſciat,quando peccet mortaliter,& quando venialiter,pro quorum introductione ſunt quædam præmittenda.

Peccatum plures habet cauſas.Quędam dicuntur intrinſecæ,& per ſe ipſius peccati. Quædam extrinſecę,& per accidens. 34

Peccatum habet plures cauſas.

Cauſarum per ſe, & intrinſecarum, quędam ſunt immediatæ, vt ratio, & voluntas,ſecundum quam homo eſt arbitrio liber, niſi enim ratio cognoſcat, & voluntas eligat,peccato non tenemur. Quædam ſunt mediatæ, vt apprehenſio partis ſenſitiuæ,vt appetitus ſenſitiuus potentiarum interiorum, quibus peccatum attribuitur,prout ſunt homines.Cauſę extrinſecæ ſunt multæ. Primo. Deus dicitur cauſa peccati, Ego Dominus creans malum, & faciens bonum: non tamen directè, quia peccare eſt ab ordine recedere, qui ordo fertur in Deum,ut in finem,Deus enim omnia dirigit,& ordinat ad ſe ipſum, vt ad finem vltimum, vnde impoſſibile eſt, ut ſit cauſa diſcedendi ab ordine, qui eſt in ipſum. Neque indirectè,quamuis.n.poſſet auxilium prębere, ita vt peccatum non fieret,tamen ſi ſe ſubtrahit,dum nõ tenetur, non eſt cur ei imputetur,aliàs peccatum excuſationem haberet,quòd eſt falſum.Sed intantum cauſa dici poſſet,inquantũ permittit,& tolerat,vt homo ꝙ vult,faciat,& non impedit eum,ſed relinquit eum in manu conſilij ſui,& totum hoc ſecundum ordinem ſapientiæ ſuę,& iuſtitię facit,cum ſit ipſa ſapientia,& iuſtitia.Vnde ſi aliquando dicitur Deum induraſſe,& excęcaſſe corda hominum,hoc intelligitur negatiuè,inquantum ſubtrahendo lumen gratiæ ſuę, dicitur excęcare,& non emolliendo corda hominum ad rectè viuendum, dicitur indurare, quod euenit homini,ex malitia ſua,malitia enim dicitur cauſa meritoria excęcationis,& indurationis,ſicut culpa pęnæ,vt accidit Pharaoni Exodi c.7.

Voluntas, & ratio cauſa intrinſeca peccati.

Deus quomodo dicatur cauſa peccati.

Malitia eſt cauſa meritoria indurationis in peccato.

Dęmon etiam dicitur cauſa extrinſeca peccati,ſed alio modo,inquantum ſ. exterius noſtram voluntatem excitat, offerendo ſenſui aliquod appetibile, & voluntati illud proponendo,vt eam inducat ad effectum peccati, vel ſuggerendo,& perſuadẽdo rationi aliquod malum,ſub boni ratione, & interius repręſentando aliquas formas, & falſas apparentias imaginationi, vt homines decipiat,appetitum ſenſitiuum etiam excitando,concupiſcibilem,& iraſcibilem ad aliquam paſſionem inflammando,& pręſertim circa ea,ad quę,vel naturaliter,vel per aliquem affectum homo inclinatur.

2. Dæmon eſt cauſa peccati, & quomodo.

Ignorantia quandoque eſt cauſa peccati, ſed quomodo, & quando ſit,dictum eſt ſupra,vbi quotuplex eſt ignorantia,tractauimus.

3. Ignorãtia quomodo eſt cã peccati.

Paſſio quãdoque eſt cauſa peccati,dum rationẽ impedit,ne rectè diſcurrere poſſit,vnde dicitur: *Impedit ira animum,ne poſſit cernere verum.* Et hoc tripliciter ſit,1.quidem per aliquam diſtractionem,2.per eius contrariam inclinationem,quod ſynderesis iudicat, 3. per quandam corporis immutationem, & pertur-

4. Paſſio eſt cã peccati.

perturbationem,qua ratio quodammodo ligatur,ne bene diſcurrat, vt accidit mortis timore inuaſis,multum iratis,vel amore inflammatis, qui cum ſe inordinatè ament,bona temporalia inordinatè appetunt. Hinc dicitur,omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis , aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

5. Peccatum dicitur cauſa peccati. *Alias Greg.*

Peccatum quoque dicitur cauſa peccati, pluribus tamen modis. Et primo ex parte cauſæ efficientis, vel remouendo prohibens: cum enim homo per vnum peccatum mortale gratiam penitus amittat, qua ad reſiſtendum tentationibus iuuabatur, ex hoc facilius in aliud incidit. Hinc Auguſt. peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, mox ſuo pondere ad aliud trahit, uel diſponendo, vt alium actum conſimilem faciat, dum enim aliquis ſe continet, facilius carnis tentationibus reſiſtit, cum autem actum fornicationis fecerit, ita diſponitur, & inclinatur, ut maiorem ex fomite tentationem habeat, Et quanto plus fornicatur,tanto magis deſiderat,iuxta illud Prophetæ: Abyſſus abyſſum inuocat.

Ex parte cauſę materialis,vnum peccatum eſt cauſa alterius, occaſionē, & commoditatem miniſtrando,puta Auarus,dum nūmis impletur,magnam peccandi occaſionem habet, nam per diuitias congregatas, quandoque efficitur ſuperbus,alios opprimēdo,vel litigioſus,alios ſuffocando,vel luxurioſus,aut guloſus,largè expendendo. Ex parte cauſæ finalis vnum peccatum eſt cauſa alterius,inquantum propter finem vnius committitur aliud, ſcilicet furatur, vt ludat, vel fornicatur cum meretrice,vt ei furetur, vel quandoque occidit, ne furtum, aut aliud ſimile manifeſtetur, vel quia ambitioſus eſt Symoniam committit. Habitus corruptus multoties eſt cauſa peccati, quia facilè per eum homo exit ad actum, qui enim ſolitus eſt tenere concubinam, de facili incidit in foueam,quam fecit.

Habitus malus eſt cauſa peccati.

35

Potentiarum genera ſunt tria.

Et cum peccatum aſcribatur animæ,iuxta illud Propheticum: Anima, quæ peccauerit,ipſa morietur,quę ſuas exercet operationes medijs potentijs,quarum genera ſunt tria,ſcilicet potentię ſenſitiuæ exteriores,ideſt quinque ſenſus,potētiæ ſenſitiuæ interiores,ideſt imaginatiua,& cogitatiua, & tertio potentiæ intellectiuæ,ideſt intellectus,& uoluntas. Ideo ad peccandum actualiter tria requiruntur,principium ſcilicet, medium,& finis. Principium ſunt ſenſus exteriores,ſeu apprehenſio ſenſitiua,circa ſenſibile exterius. Vnde dicitur peccatum intrat per oſtium,& feneſtras noſtras,ideſt per ſenſus exteriores.Medium eſt cogitatio ad intra illius rei apprehenſę, per ſenſus exteriores. Finis eſt conſenſus voluntatis cum deliberatione exequendi quantum in ſe eſt,quod ſenſui placuit,& cogitatio miniſtrauit:Et ut facilius hęc intelligantur,aduertendum eſt,quòd eademmet res poteſt eſſe obiectum omnium iſtarum potentiarum,diuerſimodè apprehenſa.Verbi gratia,ſtatuatur pomum in medio,in pomo ſunt quattuor,ſeu quinque rationes,& modi apprehendendi, ſcilicet materia,ſenſibile namque omne materiale eſt,præſentia materiæ,conditiones materię,intentio indiuidualis formę, & vltimo quidditas vniuerſalis.

Tria requirūtur ad peccādum actualiter.

Senſus exteriores quomodo ſentiant.

Senſus ergo exteriores percipiunt pomum ipſum, quantū ad accidentia propria,ſcilicet viſus,vt eſt quoddam coloratum. Guſtus vt eſt quoddam guſtabile & ſaporoſum. Odoratus,vt eſt quoddam odoriferum,&c.

Sēſus interiores quomodo apprehēdant.

Sine tamen materia,non enim,vt ait Ariſtoteles,pomū eſt id oculo,ſed ſpecies,& intētio pomi: & ſic de alijs ſenſibus dicendum eſt,quāuis non ita ſpiritualiter,dico hoc propter guſtum, & tactum. Sed illud apprehendi, cū præſentia materiæ,niſi enim pomum materialiter ſit pręſens ſenſui,non poteſt eū immutare,& cum cōditionibus materiæ & intentione indiuiduari, & hoc modo eſt obiectum ſenſuum exteriorum. Apprehenſum autem a ſenſibus exteriori-

bus,

Digitized by Google

bus, repręſentatur ſenſibus interioribus, ſcilicet imaginatiuæ, quæ apprehendit idem pomum coloratum, dulce, & odoriferum, ſine materia, vt ſenſus exteriores, & amplius ſine præſentia materię; ideſt non exigit, vt huiuſmodi neceſſario præſentia ſint: ſed eorum ſimilitudines, ſiue præſente, ſiue abſente pomo cognoſcit; eſt enim vis magis ſpiritualis: non tamen abſtrahit à conditionibus materialibus, ideſt non cognoſcit ipſum ſine accidentibus communibus, ut ſunt quantitas, figura, tempus, locus, & ſimilia; & intentione indiuiduali, & hoc modo eſt obiectum imaginatiuę. Cogitatiua ſpoliat ipſum ab iſtis, ideſt apprehendit idem pomum, ſine materia, ſine pręſentia materię, ſine conditionibus materiæ: ſed non ſine intentione indiuiduali, ſcilicet quatenus eſt hæc ſubſtantia particularis; & ſic eſt obiectum cogitatiuę. Idem etiam, ut miniſtratur à cogitatiua intellectui, intellectus ipſe abſtrahit ab omnibus iſtis, & illuſtratus ab intellectu agente, intelligit eius quidditatem ſub ratione uniuerſalis. Debes quoque ſcire: quod ſicut in parte intellectiua eſt appetitus intellectiuus, quo uoluntas tendit in ſuum obiectum, quod eſt bonum ſimpliciter: ita in parte ſenſitiua eſt appetitus ſenſitiuus, quo natura ſenſibilis appetit, & deſiderat bonum ſibi conueniens, qui appetitus non eſt aliud, quam concupiſcibilis, & iraſcibilis. Stantibus iſtis philoſophicis dictis in primo, ideſt in apprehenſione rei per ſenſus exteriores, naturaliter delectamur, & in hoc peccatū accidere non poteſt: dum enim homo cibum delicatum comedit, aut aliquod pulchrum uiſu aſpicit, naturaliter in eo delectatur, ita, ut per hoc ſolum non peccet, ideo dicitur delectatio, ut delectatio non eſt peccatum. In ſecundo; ideſt dum ſumus in ſola imaginatione, & cogitatu, ideſt dum res apprehenſa per ſenſus exteriores repræſentatur imaginatiuę ſub ratione delectabilis, deſideratur ab ea: delectatio enim apprehenſa cauſat appetitum, & amorem inordinatum, qui appetitus, dum eſt in rem diſconuenientem ſiue ratione naturæ, ſiue ratione pręcepti nobis facti, apparentem tamen ut bonam, ſi pręuenit uoluntatem, erit peccatum ueniale. Dico (erit peccatum) & ratione ſenſus, & ratione uoluntatis: ſed quomodo ratione ſenſus, ſi peccatum intantum eſt peccatum, inquantum eſt uoluntarium? dico ratione ſenſus; appetitus enim ſenſitiuus in homine ſequitur, apprehenſionem quodammodo liberè inquantum hominis eſt: ideo quia hoc modo ſunt quodammodo uoluntarij, peccatum attribuitur eis. Vnde D. Tho. 2. 2. quæſtio. 74. art. 3. ad primum ait, Appetitus ſenſitiuus eſt principium, & ſubiectum peccati: ſecus in brutis, qui ſunt merè natulares; dico etiam & ratione uoluntatis; voluntas enim tenetur illos motus diſcōuenientes præuenire, ut non fiant; appetitus namque ſenſitiuus inquantum hominis eſt, natus eſt obedire rationi, ut Nauis Nautæ, & ideo aſcribitur ei, inquantum præuenire debet, & permittit illos, ut fiant: ſicut Nauta non gubernando Nauem, eius fractionis cauſa eſt.

Intellectus quomodo intelligat.

Senſus interiores, inquātum ſunt hominis, ſunt quodammodo liberi.

Sed dices, quomodo uoluntas poterit, & debuerit omnes huiuſmodi motus pręuenire, cum hoc ſit impoſſibile: nam dum attendo uni, alius inſurgit: imò dans operam rei ſanctæ ſingulis motibus malis inſurgentibus obuiare non ualeo.

Voluntas tenetur præuenire motus ſēſualitatis.

Hinc Paulus ad Ro. 7. ait: Non enim quod uolo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, id facio. Quod Augu. exponit de motibus concupiſcentię raptim inſurgentibus.

Dubium pulchrum.

37 Pro ſolutione huius dubij difficilis, eſt breuiter animaduertendum; quòd cum philoſophi uiderent hominem nimia uarietate compoſitum, uocauerunt eum Microcoſmon, ideſt paruum mundum: habet enim magnam ſimilitudinē cum hoc mundo materiali, cuius rationem à Theologis quęre, nā cum

Deſcriptio hominis pulchra mundo comparati.

bonitas Dei in principio temporis hunc mundum materialem feciſſet ſecundum omnes ſuos gradus & perfectiones, omnique eius ornatu in quinque diebus: ſexto, & vltimo die fecit hominem, qui fuit Epilogus omnium antefactorum, hinc in eo inueniuntur omnes gradus perfectionum uniuerſi, quas D. Gregor. in quadam homilia enumerans, ſic ait: Omnis autem Creaturæ aliquid habet homo; habet enim eſſe commune cum lapidibus, viuere cum plantis, ſentire cum brutis, intelligere cum Angelis. Hunc hominem in quadruplici ſtatu conſiderare poteris, primo mundus habet duas partes principales, unam materialem ſublunarem, corruptioni ſubiectam, propter contrarietates elementales: alteram immaterialem ſupremam, à corruptione immunem: hoc idem in homine inuenies, habet enim partem materialem, ex elementis compoſitam, corruptioni ſubiectam, qua ad ima tendit: & partem formalem ſpiritualem, & incorruptibilem, qua ſuperiora petit, quas partes mundi, cum eſſent ex toto diuerſæ, imò contrarię, miro artificio conglutinauit auctor naturæ, ponendo nobiliorem inter materiales, ignobiliore contiguam inter immateriales, ut ſimilior quo ad fieri poterat, compoſitio fieret: ſcilicet elementum ignis, prope ſphæram Lunæ vltimam: ita & in homine cum inueniantur omnes gradus entium, ſupremum inter materiales, ſcilicet cogitatiuam coniunxit cum intellectiua, nimirū intelligentiā inter mentes abſtractas; imò homo ipſe eſt annulus, quo ſupremus architectus Deus, has duas diuerſas catenas coniunxit.

Homo in quadruplici ſtatu conſiderari poteſt.

Hæc prima hominis conſideratio, vt ex contrarijs compoſiti, vocatur primus hominis ſtatus (in puris naturalibus:) ſed in hac conditione non fuit à Deo productus. Suprema pars uniuerſi dicitur aggregatum ex omnibus orbibus, inter quos, pars ſuperior, & nobilior eſt primum mobile, cuius motus eſt regularis, & perfectus ab Oriente, ideſt dextro Cæli, ad Occidentem, ſcilicet ad ſiniſtrum Cæli, quem motum facit nimia velocitate in vigintiquattuor horis, ut aſſimiletur Deo (dixerunt Philoſophi) Ceteræ autem ſphæræ naturaliter faciunt motum contrarium à ſiniſtro Cæli, ad dextrum, quas primum mobile ſua motus velocitate rapit, ut ſuo motu moueantur vltra proprios motus: hinc oritur influentia, & gubernatio circa hæc inferiora. Eodem pacto ſuperior, & formalis pars hominis dicitur eſſe aggregatum ex omnibus orbibus, ideſt potentijs animę, inter quas nobilior pars eſt intellectus, & uoluntas, cuius motus debet eſſe regulatus, & perfectus, ſe Deo aſſimilando, cuius imaginem gerit (quæ ut Auguſt. ait conſiſtit potius in actu ſecundo, ſcilicet in contemplatione Diuinæ eſſentiæ, ſicut Deus intelligit eſſentiam ſuam) & conformari eius uoluntati: inferiores autem potentiæ dicuntur eſſe ceteri Planetę, quorum motus, ut dixi, naturaliter ſunt contrarij primo, verum voluntas debet eas mouere motu rapto, ideſt dirigere earum motus ſecundum ſuum motum contra earum inclinationem, ut inde corpus gubernetur, & homo ſuas dirigat operationes ad finem, ad quem à Deo productus eſt. Et ſecundum hanc conſiderationem ſecundus ſtatus hominis vocatur, ſecundum naturam, quod eſt dicere quamuis ex compoſitione hominis hæc concordia haberi non poſſit, tamen quia homo cum ſit creatura inter alias corporeas nobiliſſima, cuius finis eſt perfectio intellectualis, & Dei contemplatio, conueniens erat ſuæ naturæ, ut pars inferior, ſuperiori non ſolum miniſtraret, ſed etiam ad nutum obediret: hinc pars ſenſitiua in homine inter cætera animalia, quibus homo communicat, ſortita eſt hanc excellentiam: ſed quia hanc obedientiam, & concordiam ab intrinſeco habere non poterat, cum ſit ex contrariis compoſitus, bonitas Dei facit, ut cum iuſtitia originali, & donis gra-

Status hominis primus.

Imago Dei in homine in quo conſiſtit.

Status hominis ſecūdus.

tuitis

Digitized by Google

tuitis in tali ſtatu ſe conſeruare potuiſſet: & hæc conſideratio vocatur tertius ſtatus hominis, in quo fuit productus, ſcilicet naturæ inſtitutæ, & innocentiæ per iuſtitiam originalem: in quo ſtatu permanſiſſet, ſi Deo obediuiſſet; quod cum non fecerit: nil mirum, ſi inter cetera mala, in quę incurrerat, rebellionem potentiarum paſſus eſt, quarum non ideo dominium amiſit; & ſecundum hanc conſiderationem, homo ponitur in quarto ſtatu; qui dicitur naturæ laxę, ideſt peccati. Quinto adiungitur ſtatus naræ reparatæ per Gratiam Saluatoris, qua nos ab omnibus malis liberauit: verum has pœnalitates ſenſuum ex originali contractas ad noſtram humiliationem, & exercitium, reliquit. Ad dubium igitur reſpondendo, dico: cū voluntas potentiarum domina ſit, ad eam ſpectat ipſarum motus ad actus moraliter bonos dirigere: ſed quod non poſſit, oritur ex imperfectione ſibi cauſata ex eius rebellione facta in Adam. Vnde eius imperfectio cum aliquali debito ſufficit ad aſcribendum ei peccatum imperfectum tamen, & in genere moris, & in genere peccati: nam ex debito habet, quod ſit peccatum, ex imperfectione habet, quòd ſit veniale. In tertio, ideſt in appetitu Intellectiuo ſemper eſt mortale, non enim attribuendum eſt peccatum mortale appetitui ſenſitiuo: ſed voluntati; cuius enim eſt ordinare in finem, attribuitur finis, ſed voluntati conuenit potentias inferiores ordinare, vt ſupra dictum eſt; ergo quidquid operationis agunt, ex eius imperio, ei attribuitur, & hoc fit, vel eligendo, & imperando potentijs inferioribus deordinatos actus, quod ei accedit, vel ex mala ſubiecti diſpoſitione eam inclinante ad malum eligendum ſub ſpecie boni, eo quod ex illa mala diſpoſitione, & qualitate illud ſibi, vt conueniens apparet; hæc autem diſpoſitio mala oritur vel ex quadam conſuetudine male operandi, & habitu acquiſito, qui vertitur quaſi in naturam, uel ex mala corporis habitudine, per aliquam ęgritudinem cauſatum, per quam natura quaſi corrupta appetit quædam peccata, vel ex mala inclinatione naturali, ex complexione ortum habente, vel ex aliqua paſſione corpus afficiente, vindictam, aut actum venereum appetente, vel aliud ſimile, ſecundum quæ homo ſępe eligit quod malum in ſe eſt, tanquam bonum: eo quòd per illa conueniens, & bonum ſibi illud eſſe iudicat, nam qualis eſt homo diſpoſitus, (aiunt Phyſici) talia ſibi conuenientia videntur, & voluntas naturaliter, in quod eſt ſibi conueniens tendit, propter quandam coniunctionem & affinitatem, quam habet in corpore. Vel peccatum attribuitur ei, propterea quòd malos ſenſualitatis motus non reprimit, dum tamen aduertit: nam aduertendo & non reprimendo, iam conſentire videtur, vt in motu concupiſcentiæ carnalis experitur: homo enim, dum in illo cogitatu aduertenter delectatur, & non aufert illum, reſiſtendo, & repellendo: imò nutrit eum, ſignum eſt deliberatæ complacentiæ, & ideo mortale: vbi enim eſt plena voluntatis deliberatio, ibi eſt peccatum mortale. Hinc Auguſt. Delectationem moroſam peccatum mortale eſſe dixit, ad hunc ſenſum, vt ſupra explicuimus, vnde infertur, non delectatio, vt delectatio, ſed electio ad delectationem eſſe peccatum mortale. Omnia hæc tria ſupradicta breuiter tangit Iacobus Apoſtolus in ſua Canonica, cap. 1. dicens: Nemo cum tentatur, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator eſt malorum, ideſt nullo pacto, nec per ſe, nec per accidens, ſed permiſſiuè, ut dictum eſt, ad noſtra peccata concurrit, vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, ideſt a re concupiſcibili ſibi præſentata, quatenus nunquam de re concupiſcibili cogitaret, niſi per ſenſus exteriores apprehenderetur, nihil enim (ait Philoſophus) eſt in intellectu, quin

Status hominis tertius.

Status hominis quartus.

Reſponſio dubij.

Delectatio vt delectatio, nō eſt peccatum, ſed electio.

Digitized by Google

prius fuerit in ſenſu, tolle ſenſum, & tolles peccatum, ideſt principium peccandi.

Hanc tentationem ſolummodo extrinſecam in ſenſu exteriori per ſuggeſtionem tantum habuit Chriſtus, de pane in monte ſibi repræſentato, dum à Diabolo tentari permiſſus eſt. Matth. cap. 4. Sequitur deinde, concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum ideſt, dum id, quod exterius viſum eſt ſub ratione delectabilis, ad intra concipiatur ut ſic, parit deſiderium propter contradictionem, quam patitur, ut diximus, quod ſaltem eſt veniale, ut dictum eſt peccatum, cum conſummatum fuerit, generat mortem, ideſt deſiderium illud rei concupiſcibilis, dum à voluntate acceptatur, vt exequendum, vel ſaltem non reprimitur, ut dixi, dum aduertit, efficitur mortale, quamuis non ponatur in effectum, quod voluntas habuit in affectu, & in hoc ſtat perfecta ratio peccati mortalis.

31 His igitur expeditis: dicendum eſt de ſeptem peccatis mortalibus, quæ dicuntur mortalia, non quòd iſta ſola ſint talia, multa enim, & alia inueniuntur quæ mortalia ſunt, veluti furtum, homicidium, periurium, & ſimilia nec propter eorum grauitatem, ſunt enim & alia his grauiora, quæ hic non enumerantur, ut infidelitas, blaſphemia in Deum, & quædam alia, ſed per quandam excellentiam, in eis namque adeſt ſeminarium quoddam peccatorum, quod in alijs non reperitur, & eſt, quod in iſtis inuenitur quædam proprietas, per quam, ut plurimum alia ab iſtis ſeptem oriuntur, & ad eadem ſub ratione finis diriguntur, ut infra videbitur, cum de ſingulis loquemur. Vnde magis propriè Capitalia vocantur, per quandam metaphoram, quatenus ſunt capita, & principia, ex quibus alia ortum habent, & ad ipſa diriguntur, puta ſuperbia in ſe habet, ut multa alia peccata germinet, in eius finem ea dirigendo.

Peccata capitalia vnde dicantur.

Superbus enim, ut conſeruetur in ſua ſuperbia, multa alia peccata committit, & omnia illa ad eã fouendam finaliter dirigit, & ſic de ceteris intelligas. Quæ ratio in alijs peccatis minimè inuenitur: homicida enim etſi ut homicidium perpetret multa alia peccata committat, illa tamen eligit, ut medium ad conſequendam commodius ſuam voluntatem, non tamen oriuntur ex natura homicidij, nec illud apta nata ſunt fouere, ut perſeueret. Hæc peccata ſunt ſeptem, ſcilicet, Superbia, Auaritia, Luxuria, Gula, Ira, Inuidia, & Acidia.

Digitized by Google

De Superbia, primo capitali peccato.

SVperbia dicitur ex eo, quod habens illam, appetit teneri ſuper id quod eſt. Vnde Iſidorus dicit. Superbus eſt, qui vult ſuperuideri, quam eſt. Qui appetitus, cum ſit contra rationem rectam, dictantem, vt voluntas hominis ſupra id, quod ſuæ naturæ proportionatum eſt, non feratur, peccatum eſt. ſuperbia igitur eſt appetitus immoderatus propriæ excellentiæ, dicitur (appetitus) ideſt deſiderium, & voluntas eſſendi, & quando ad id, quod eſſe deſiderat, attingere non poteſt, appetit ſaltem videri, & iudicari tale. dicitur (immoderatus) ratio namque recta vult, vt vnuſquiſque quod ſibi conueniens, & pro portionatum eſt velit. Vnde qui contrarium deſiderat, aut ſaltem vult videri, & exiſtimari, quod non eſt, ſuperbus dicetur. Contra quos ait Apoſtolus. Nos autem non in immenſum gloriamur, ſed ſecundum menſuram, quam menſus eſt nobis Deus. Et quia talis appetitus rationem peruertit, ideò valde vitioſus eſt. Hinc Auguſt. 14. de Ciuit. Dei dicit: Superbia eſt peruerſæ celſitudinis appetitus. Et cum iſta celſitudo, & excellentia, quæ à ſuperbo appetitur, ſit quid arduum, ideſt difficile poſſit aſſequi, ideo eſt cã multorum aliorum peccatorum. Circa quod arduum, & excellens, quadrupliciter homo peccare poteſt. Primo circa ipſum bonum, quod propriè deſiderat, & tunc peccat, quando id appetit, quod ſuam menſuram, & proportionem ſui ſtatus, ſeu conditionis excedit. Secundo circa modum appetendi, & adipiſcendi, & hoc, aut ex parte cauſæ, per quam illud bonum excellens, vel habet, vel habere cupit, aut ex parte effectus. Ex parte cauſæ dupliciter, ſcilicet vel efficientis, & tunc peccat, dum habens illud ab alio, à ſe ipſo habere gloriatur; vel ſaltem ſi non habet, ſic habere deſiderat: vel meritoriæ; Ex parte cauſæ meritoriæ, tunc peccat, quando id, quod ob gratiam alterius poſſidet, quamuis ab alio habere confitetur, tamen ex meritis ſuis ſe habere iactat. Ex parte effectus, tunc peccat, quando illud bonum excellens, dum ſibi cum cæteris ſimul habere competit, ſibi ſingulariter appetit; vel quando in illo bono, quod cum alijs habet, ſingulariter teneri, & exiſtimari vellet, deſpectis alijs. Ex his aſſignantur quattuor ſpecies ſuperbiæ, vt ait D. Gregorius ſecundo Moralium. 39

Superbia unde dicatur.

Definitio.

Homo peccare poteſt quadrupliciter, circa obiectũ ſuperbiæ.

Quattuor ſpecies ſuperbiæ.

Prima eſt, quando homo ſe iactat eſſe, quod non eſt, ſeu habere quod non habet. Secunda eſt, quando illud, quod ab alio habet, à ſe habere dicit, vel exiſtimat. Tertia eſt, quando illud, quod habet ob alterius gratiam, ſuis meritis ſe habere affirmat. Quarta, & vltima eſt, quando vult videri eſſe ſingularis in aliqua excellentia, vel alijs deſpectis, ſolum in illa ſe eſſe iactat, cum non ſit.

Superbia ex ſuà naturà eſt peccatum mortale.

Superbia directè cedit contra Deũ:

Superbia quot modis veniale efficiatur.

Peccatũ hoc in genere ſuo eſt mortale ex illa parte, qua auertit hominem à Deo: ut non ſe ſubijciat eius regulæ. Alia namque peccata aliquam imperfectionem annexam habent aliquantulum alleuiantem, vel excuſantem peccatum, vt eſt fragilitas, infirmitas, paſſio, ignorantia, & affectio alicuius boni, quę omnia directè nolunt offenſam Dei, ſed concomitanter. Superbia verò directè vult offenſam Dei, eo quòd eius regulæ ſubijci non vult, ſiue actualiter ſiue habitualiter. Vnde Boetius dicit. Cum omnia vitia Deum fugiant, ſola ſuperbia directè ſe Deo opponit. Hoc peccatum poteſt eſſe veniale pluribus de cauſis extrinſece Primò propter paruitatem materiæ, circa quã fertur appetitus, & eſt quando non præiudicat notabiliter honori Dei, & proximi. Exempli gratia, aliqui ſunt ſcribendi in Apodiſſa ſine differentia, vel pariter ſunt nominandi,

minandi, Titius deſiderat ſimpliciter, vt primus ſit nominatus, vel vt primo ſubſcribebat in Apodiſſa; in hoc caſu propter paruitatem materię, ideſt excellentię, quę appetitur, eſt veniale. Vnde potius dicitur ſuperbia materialiter, quam formaliter, & dixi (ſimpliciter) ſi enim hoc in deſpectum, & contemptum aliorum appeteret, eſſet mortale, ratione contemptus. Secundo propter actus indeliberationē, motus enim ille ex aliqua excellentia inſurgens, aut erit à voluntate elicitus præueniendo illum cum iudicio perfecto, & tunc erit mortale, quia eſt actus deliberatus, aut erit ſine iudicio rationē pręueniendo, & tunc erit veniale; deficit enim deliberatio, eo quòd ratio non aduertit, aut ſi aduertit, non conſentit, & ſi aduertendo ſtatim reprimeret, mereretur, & ſi non reprimendo conſentiret, eſſet mortale. Tertio propter ſuam imperfectionem, dum ſcilicet motus ille ſuperbię minimus, ſubitus, & tranſiens erit qđ accidit quando talis appetitus eſt ſine contemptu ſubiectionis Legis Diuinæ, ſineque Dei irreuerentia. Quarto, dum aliquis ſe eſſe exiſtimat ſatis literatum, virtuoſum, nobilem, & ſimilia, cum in facto non ſit tantum, ſine tamen deſpectu aliorum; aliàs eſſet mortale; nec intendit exire à regula Diuina, quæ humilitatē proponit, eſt veniale: hoc namque modo, eſt ſuperbia materialiter. Quinto, quando quis gradum excellentiæ appetit, ad quem aſcendere, diſconueniēs ſibi non eſſet, propter eius bonas qualitates, ſine tamen affectu exceſſiuo, puta, vellet eſſe Doctor vellet copulari cum nobiliori ſe, vel aliud ſimile: talis enim appetitus non eſt contra regulam Diuinam, quæ ſtatuit, vt vnuſquiſque acquieſcat, quid de illo faciat Deus, mortale tūc eſſet, quando hęc appeteret cum magno affectu, aut ad gradum ſublimiorem, ſibi diſconuenientem, & improportionatum aſpiraret, dedignando, & deſpiciendo gradum, in quo illum conſtituit Deus.

40 *Superbiæ occaſiones quattuor. Potētia eſt prima occaſio.*

Huius peccati occaſiones poſſunt eſſe quattuor; ex quibus, ut plurimū quattuor prædictę ſpecies oriuntur. Prima occaſio eſt potentia, ex qua multoties ortum habet prima ſpecies: ſæpę namque accidit, vt dum homo in humili ſtatu manet, ſeipſum cognoſcit, & illo quieſcit, dum autem ad aliquod dominium aſſumitur, ſtatim ſui cognitionem amittit, ita, vt non modo quis ſit, uerum nec gradum, ad quem aſſumptus eſt, agnoſcit: Vnde ſe plus quam eſt, eſſe exiſtimat; ac multo magis, quam conditio ſua patitur, ſe teneri deſiderat. Exemplum de Saul, Regum 1. cuius ſuperbiam ſequuntur multi, qui dum in minoribus erant, ſe indignos ad Epiſcopatum aſſumi iudicabāt, dum verò aſſumpti ſunt, ita inflantur, ut nec Cardinales ſe eſſe contenti ſint, & quid dicam de mercatoribus, vaſſallorū Dominis effectis? & ſimilibus? cum ad hęc indigni ſint, nec per hoc ſe norunt.

Nobilitas ſecunda occaſio ſuperbiæ. Nobilitas ſine virtutibus vana eſt.

Secunda eſt Nobilitas, ex qua ſæpè oritur ſecunda ſpecies; Nobiles enim, qui ſanguine ſe nobiles eſſe iactant, ut plurimum, ita ſuperbiunt, & cęteros taliter ſpernunt, vt ſibi ſubeſſe velint, ac ſi illorum terreſtres Dij eſſent: ſibi perſuadentes ſe tales eſſe à ſe ipſis, nec Deum huius doni auctorem agnoſcunt ac venerantur: De quibus Salluſtius ait: Commune malum eſt nobilibus ipſa ſuperbia. Et reuera talis nobilitas eſt quid vanum, cum fundamentum in natura non habeat, ſed in hominū opinione, ſi nuda, & ſine virtutum ornatu, aſpiciatur, eſt enim reſpectus quidam, qui ens rationis dicitur.

41 *Quæſtio pulchra de uera nobilitate.*

Hinc diſſoluitur illa antiqua quæſtio, ſcilicet, quid faciat homines nobiliores ſcientiæ, an arma? Pro cuius quæſtionis dilucidatione, breuiſſimum diſcurſum notate.

Vna res altera nobilior eſſe dicitur, ex vna ſaltē quattuor cauſarum, videlicet, vel efficienti, vel materiali, vel formali, vel denique finali. Ex parte cauſæ efficientis, non dicitur vnus altero nobilior, omnes enim quantum ad cauſam vniuerſalem, à Deo omnium auctore procreati ſumus, & ex Adæ ſtirpe ortum habemus.

Digitized by Google

abemus. Quantum autem ad cauſam propinquam, vanũ eſt, de eo, quod non ł, gloriari, dicendo talis viri filius fui, in mea progenie tot viri illuſtres fue- ;,ſi in ſe nihil habeat, de quo gloriari poſſit, & lumen, quod in progenitori- us ſplenduit, in ſe ipſo extinctum fuerit, vt benè Cicero Saluſtio impropera- it, qui de illuſtribus parentibus gloriabatur, dicendo, quod in me incipit, in : deſinit, hoc eſt, gloria tuorum progenitorum, & lumen claritatis, & nobili itis eorum in te extinguitur. Ex parte cauſę formalis, ſcilicet Animæ, om- es ſumus æquales, cum deforis veniat, & à Deo infundatur, ut nuda, & raſa ıbula, ait Philoſophus. Ex parte cauſæ materialis, quę in rebus artificialibus ıcit, vt vna res altera nobilior ſit. Vas enim aureum, nobilius argenteo dici- ır, & ęneum, terreo, ſimiliter ęquales ſumus, omnes enim ex virili, & corru- to ſemine nati ſumus, ex contrarijs humoribus compoſiti, corruptioni, ca- imitatibus, telis fortunæ, & morti æqualiter ſubiecti, vnde de quo gloriari abent, & ceteros deſpicere, non remanet; & quando dicitur, iſte eſt nobilis inguine, non intelligitur, quòd ſanguis qui verbi gratia, à vena emittitur ıaterialiter nobilis dicatur, ut quidam vir nobilis ſibi perſuadebat, qui cum ;nobili muliere ſe commiſcere nolebat, ne ſemen nobile in vterum vilem nmitteret, ſed intelligitur de nobili ſtirpe, & illuſtri familia, quę nobilitas d poſteros diffunditur per humanam propagationem, prout à patre ad filium eriuatur mediante ſanguine, & ſemine generationi apto. Ex parte cauſæ fi- ıalis, ſecundum quam vera hominis nobilitas excogitari poteſt, qui ſint veri obiles uidendum eſt. Nobilitas in rebus creatis non æqualiter in omnibus ecernitur, ſed ſecundum diuerſas rationes. In multis namque ſecundum ıateriam inuenitur, dicimus enim aurum nobiliſſimum eſſe inter metalla, ropter materiam, in rebus autem animatis & ſenſibilibus, ſecundum earum perationes naturales, in creatura verò rationali, ſecundum vltimam ipſius erfectionem dignoſcitur. Perfectio hominis ultima in ſua felicitate conſi- it, & conſequenter ſua vera nobilitas. Et loquendo de hominis felicitate, uplicitet loqui poſſumus, aut ſupranaturaliter, aut naturaliter, & de ſupra aturali, hic non eſt ſermo, quia ſi de illa gloriari debeamus, in Domino glo- ıri oportet, quamuis enim ſic à Deo inſtituti ſumus, vt naturaliter ad illam rdinemur, iuxta verbum Auguſtini. Fecit Deus hominem, vt ſummum bonũ ıtelligeret, &c. non tamen illam viribus naturæ adipiſci valemus, ideo talem ediatorem dari oportuit qui ſufficiens eſſet nos ad talem felicitatem condu- :re. Hinc reſoluitur quod ait Diuus Anſelmus in lib. Cur Deus homo, ſci- :et, quòd purus homo non ſatis fuiſſet, donec enim ſumus in viribus naturę, mper mediator inſufficiens redditur, eſt namque improportionatus fini, qui ;cedit naturam hominis, nec puro homini conueniebat, ſicut non conuenit ſe terminum, & uiam, finem, & medium, oportuit igitur eſſe Deum, & homi ım, vt in quantum homo, conditiones mediatoris haberet, & in quantum eus hominẽ ad ſuũ finẽ perducendi efficaciã daret. Cuius mediatoris homo digebat etiã ſi non peccaſſet, quoniã in paradiſo poſitus fuit, vt cuſtodiret um, non pro ſemper, ſed vt pro tempore operaretur, & mereretur cæleſtem atitudinem, ad quam in fine conduci debuerat, ſed quo medio niſi Chriſto orificatore? quamuis, non ut redemptore, peccato non exiſtente. Sed de na- rali, quam noſtris viribus acquirere nati ſumus, gloriari poſſumus, ut nobi- ; ille dicatur, qui ſibi illam acquiſiuit.

Nobilis ſanguine quomodo intelligatur.

Nobilitas quomodo inueniatur in rebus creatis.

Perfectio hominis vltima.

Felicitas hominis duplex.

Purus homo non erat ſufficiens redimere nos.

Chriſtus peccato non exiſtente ad hoc incarnaretur.

Sed difficultas eſt, in quo conſiſtat, nam quantum ad rationem eius, ſcilicet ıòd ſit perfectio hominis, Philoſophi conueniunt, ſed quantũ ad id, in quo tio, & perfectio iſta inueniatur, differunt, hinc accidit hominibus, diuerſis adijs vacare, propter diuerſam opinionem, quam de rebus habent, in quibus

Digitized by Google

eam inueſtigant. Quidam illam quęrunt in diuitijs, ideo eis ſtudent, maximè namque earum affectus in homine dominatur. Dicente Eccleſ. cap. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Sed iſti decipiuntur, nobilitas enim conſiſtit in vltima hominis naturali perfectione, vt dictum eſt, ad quam homo ordinatur, vt ad finem eius: ſed diuitiæ potius ordinantur ad hominum vitam ſuſtentandam vt commodius uiuant ipſi, & ſi pecuniæ obediunt omnia, intelligitur quantũ ad multitudinem ſtultorum, qui non cognoſcunt, niſi corporalia bona. Alij collocauerunt eam in honoribus: ideo effecti ſunt ambitioſi, quęrentes dignitates, ſed falluntur; honor enim potius ſequitur nobilitatem, nam honor debetur alicui, propter aliquam excellentiam, aut perfectionem, in eo exiſtentem, unde accidit, ut potius nobilitas faueat dignitati, quam vt dignitas hominem verè nobilem faciat, loquendo de aliquibus dignitatibus. Alij poſuerunt eam in bona fama, & gloria humana, ſed hæc non eſt propriè nobilitas, ſed potius effectus eius; ex vera namque nobilitate oritur gloria, & bona fama. Alij ſtatuerunt eam in poteſtate humana; & hoc non ſufficit, nam uera nobilitas habetur ab intrinſeco, ſed poteſtas eſt quid extrinſecum aduenieus, prouenit enim vt plurimum à fortuna, imò nobilitas facit bonum vſum poteſtatis, non enim poteſtas, quæ bonum, & malum ſecum compatitur, bene vtitur circa regimen, niſi virtutibus ſuſtentetur. Vnde poeta rationabiliter de his conquęritur, dicendo.

Nobilitas vera in quo cõſiſtat.
Nobilitas nõ eſt in diuitijs.
Nobilitas nõ eſt tantũ in honoribus.
Nobilitas nõ eſt in gloria humana.
Nobilitas nõ eſt propriè poteſtas.

O quanto indegni ſon di lor fortuna,
Quei, che hanno i ſcettri in man, nè ſanno vſarli.

Qui autem ratione vtuntur eam ſtabiliuerunt in ſcientijs ſpeculatiuis, & virtutibus moralibus, ut Ariſtoteles ſecundo Ethicorum, Plato, & multi alij Philoſophi docuerunt, cum per eas intellectus hominis perficitur, & eius operationes illuſtrantur, naturali ratione coacti, homo namque cæteris animalibus intellectu, & ratione præſtat, cuius operatio facit eum illuſtrem, cùm ſit ultima eius naturalis perfectio, & eo magis unus altero nobilior dicitur, quo maiorem de rebus, & virtutibus cognitionem acquirit, & eis utitur, ſcire namque, & non vti ſcientia, nihil prodeſt, cum unum ad alterum ordinetur, & hæc eſt vera & naturalis hominis nobilitas in re fundata.

Nobilitas inuenitur in ſcientijs ſpeculatiuis.

Nobilitas autem, quæ ex armis prouenit, impropriè dicitur nobilitas, quis enim unquam vidit animalia eiuſdem ſpeciei, ſibimet eſſe contraria, ut in humana ſpecie uidetur? qui tali modo ſibi contrarij ſunt, ut ſe inuicem interficiant; nec etiam Diabolus eſt contrarius Diabolo.

Nobilitas ex armis dicitur impropriè.

Hoc malum fecit peccatum: Et quamuis arma in magna æſtimatione ſint, eo quòd per ea conſeruantur Reſpublicæ, pax, & bona cuiuſque, ita vt qui cor magis virile, generoſum, & forte oſtendit, animum nobiliorem aliis habere dicatur, iſta tamen nobilitas eſt quid accidentale homini, quatenus propter Tyrannorum cupiditatem, Reſpublicas inquietantium, auarorum ciuium bona deprędantium, & denique propter malorum nequitiam, pacem perturbantium, arma neceſſaria ſunt, non tamen talis nobilitas, ex armis prouenіens, eſt res in natura hominis fundata, ut ueræ animæ nobilitati ex ſcientiis, & virtutibus prouenienti præponi debeat, & poſſit, quòd autem nobilitas prouenіens ex ſcientiis, & uirtutibus ſit præſtantior illa, quæ ortum habet è virtute militari, confirmatur per Salomonis Eccleſiaſten 9. Melior eſt Sapientia, quàm arma bellica. Quæ ſapientia etſi non ſit in tanta æſtimatione apud vulgares, quam arma, euenit, quia multoties aſſociatur paupertate, quæ paupertas his temporibus communiter deſpicitur. Vnde Poeta.

Bonera

Digitized by Google

Pouera è nuda vai Filoſofia,
Dice la turba al vil guadagno intenta.

Etſi Imperatoria Maieſtas æqualiter armis, vt ſe defendat, & virtutibus, vt populos gubernet, indigeat, ſi non ita virtuoſos, vt armigeros amplectitur eſt, quia Mœcenates, Ptolemæi, & Alexandri defecerunt. Et quamuis videatur quandoque armigeros magis commendare, hoc accidit ex auaritia tyrannica augendi ſtatum, & Imperium, aut quia timor amittendi dominium eum magis premit, quam zelus regendi populos in vera diſciplina, & viuere virtuoſo, vt uidetur tempeſtate noſtra, non ideo ſequitur nobilitatem, quæ ex armis prouenit, illi præponendam eſſe, quæ ex virtutibus ortum habet. Et hæc breuiter de hac quæſtione obiter tacta.

Tertia occaſio eſt ſcientia, ex qua ſemper oritur tertia ſpecies ſuperbiæ, ob quam multi ſuperbiunt. Vnde Apoſtolus ait: Scientia inflat, & taliter inflat, vt pereant homines in talem deueniant dementiam, quòd glorientur, ac ſi proprijs meritis illam abſolutè poſſiderent, non referendo gratias Deo. Contra quos clamat Apoſtolus: Quid habes homo, quod non accepiſti? cur gloriaris quaſi non acceperis? (dico proprijs meritis abſolutè) quamuis enim labore acquiratur, tamē perſpicacitas ingenij, memoriæ fęcunditas, optima cōplexio, iudicij illuminatio, opes miniſtratæ, & cætera neceſſaria, quę ad ſapiētiam requiruntur, nonne ſunt Dei dona, & gratiæ gratis datę? ut quid ergo gloriatur homo? Hinc hęreſes multoties pullularunt, dum ſapientes, donum Dei non percipientes, & ei non ſe humiliantes, ita ſibi proprio iudicio confiſi, addicti ſunt, ut deuenirent in reprobum ſenſum, de quibus dicitur: Putantes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Quarta, & ultima occaſio peruenit ex diuitijs, pro qua re ſcito, quod Superbia eſt duplex, una eſt quaſi naturalis, quæ uocatur Leonina, naturaliter enim Leo ſuperbus eſt, huic correſpondet ſuperbia nobiliū. Altera eſt aduentitia, quæ uocatur Canina, canes namque naturaliter ſuperbi non ſunt, omnes enim eſſent ſuperbi, ſed ſi quis magnus, & mordax eſt, ſuperbus apparet, huic correſpondet ſuperbia ruſticorum, qui dum diuites efficiuntur ita ſuperbiunt, ut ſe non cognoſcant, & cæteros ſpernant, & deſpiciant, tanquam inferiores, ac ſi nunquam ipſi in ſtercore nati eſſent, arrogantes ſibi maius bonum, quam ex diuitijs habeant, & tenentes ſe plus quam ſint, uidentes ſe ex diuitijs honorari, prout dicit Eccleſiaſtes cap. 10. Diuitijs obediunt omnia. Et hęc eſt peſſima, nam in nobilibus inuenitur ſuperbia admiſta cum aliqua pietate & humanitate, ſed in ruſticis diuitibus fouetur crudelitate, hinc ſequitur inuidia contra illos, qui ſe ſubleuant, ne pares habeant, odia, dum eis reſiſtunt, lites, ut illos deprimant, & multa alia mala. Et quamuis diuitiæ de ſe ſint bonæ, quia tamen multa mala nobis miniſtrant, eo quod malè utimur illis, ideo in ſacra Scriptura multoties condemnantur. Beati qui in illis affectum non ponunt, ſecundum Porphetæ dictum: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Scientia.

Diuitiæ.

Superbia duplex.

Ecce tot mala, & multo plura parturit ſuperbia, ſed ei obuiandum eſt cum humilitatis uirtute, de qua pertranſeundo pauca tangam, ne limites intentionis noſtrę exeam.

De Humilitate.

AIt Iſidorus in lib. Etymologiarum, quod humilis dicitur, quaſi humi accliuus, ideſt imis inhærens, quod tripliciter accidere poteſt, uel dum aliquis ab alio deijcitur, & proſternitur, & hęc humilitas eſt potius pęna, de qua 41

Humilitas triplex.

Hiere-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Hieremias in perſona Hieruſalem lamentabatur, dicens: Vide domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis, uel dum aliquis ignorans ſuam dignitatem, & gradus eminentiam, in omnibus humilem, imò deiectum ſe gerit, & hæc eſt potius ſtultitia; vel tertio, dum aliquis cognoſcens ſuum defectum, ſe tenet in infimis, quod quandoque, vel fit per ſigna tantũ exteriora, fingendo humilitatem, & hoc modo eſt falſa humilitas, de qua Aug. in quadam epiſtola dicit, eſſe magnam ſuperbiam, quia in humilitate excellentiam gloriæ quęrit; quandoque autem fit ex motu animæ interiori, prout fecit Abraam Gen. 18. Domino dicens: Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis & cinis, & hoc modo eſt laudabilis, & dicitur virtus. Cuius effectus eſt refrænare appetitum uoluntatis, ne immoderatè tendat ad excelſa, ſed cum omni Dei ſubiectione, ſcilicet non ſibi confidendo in ſuis actionibus, ſed Dei auxilio. Hęc virtus è diametro eſt contraria ſuperbię, & illam expellit, nam qui verè humilis eſt ab intrinſeco, hęc ſigna foris oſtendit, & factis, & verbis (iuxta illud Eccleſ. c. 19. ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus.) ſcilicet primo timorẽ Dei cùm memoria pręceptorum, ita ut in omnibus actionibus ſuis propriam uoluntatem, non ſequatur, ſed eam ſuperioris arbitrio regulat. Secundo, quòd à debiti ſui officio non ſe retrahit per id, quòd ei occurrentia ſint ardua, & dura. Tertio, quòd cognoſcens ſuos defectus, & imperfectiones, ſuam inſufficientiã confitetur, ex cuius conſideratione inhabilem ſe exiſtimat ad maiora, ad quæ præponitur, ideo ſibi alios præfert. Quarto quòd in ſuis factis non vult videri ſingularis recedendo à via communi, ſed illam ſequitur. Quinto ꝙ in loquendo, eſt parcus, in aſpiciendo, non extollit oculos, in riſu, temperatus, in greſſu, compoſitus. Quę omnia ſi fictitia nõ erunt, quot ſunt actus, tot ſuperbię filias fugat, vt inferius videbimus. Qui autem vult in virtutibus proficere, ſine humilitate non poteſt, eſt enim fundamentum omnium aliarum. Hinc Aug. ait: Qui vult magnã fabricam ędificare, de fundamento prius cogitet humilitatis, quæ ita Deo cara eſt, quòd illa Deipara, & ſemper Virgo Maria, virtutum norma, in receptione beneficiorum à Deo, aliam virtutem non commemorat, niſi humilitatem, dicendo in ſuo Cantico. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuę, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Humilitatis effectus.

Humilitas eſt fundamẽtum omnium virtutum.

De Ambitione.

43 AMbitio eſt vitiũ Magnanimitati oppoſitum, quę Magnanimitas eſt circa honores modo debito appetẽdos, vnde ille magnanimus dicitur, q magna quędam honore digna appetit, aut animi promptitudinem ea faciendi habet. Quę virtus cum in medio conſiſtat, duo habet extrema vitioſa, vnũ ſcilicet per defectum, alterum per exceſſum. Per defectum tunc eſt, quando homo honores contemnit, non eo aĩo, vt virtuoſi faciũt, fugientes, de ſuis operibus laudari, ſed non curando, opera honore digna facere, dũ occaſio illud expoſtulat, tũc enim vituperabile eſt. Per exceſſum tunc eſt, quãdo immoderatè honorem appetit, & tunc eſt vitium Ambitionis. Quę Ambitio differt à Superbia, nam etſi illud idẽ pro obiecto habeat, quod & ſuperbia, ſcilicet excellentiam, non tñ ſub ratione excellentiæ, vt ipſa, ſed quatenus ex excellentia honor ſequitur, eſt enim honor teſtimonium excellentię. Vnde Ambitio dicitͤ inordinatus appetitus honoris. Dixi (appetitus) ideſt deſiderium quoddam voluntatis. Dixi (inordinatus) pro cuius intelligentia, aduerte tria primũ eſt ꝙ honor ſequitur virtutis excellentiam, qua virtuoſus alios excellit, quę cum ſit donum Dei, vtique principaliter de virtute Deo honor exhibendus eſt. Secũdum eſt,

Ambitio in quo differat à ſuperbia.

Honor eſt teſtimonium excellentia.

Definitio.

Digitized by Google

eſt; cum virtutes ſint gratiæ gratis datę, principaliter ad vtilitatem aliorum dantur, conſequens eſt, vt homo de virtute, qua alios excellit, illis benefacere debeat, & ratio ex natura deſumitur: bonum namque virtutis, cum de ſe diffuſiuum ſit, & alijs communicatiuum, fit conſequens, vt dum quis à Deo in aliquo excellentiæ gradu conſtituitur, ad hunc finem conſtituitur, vt alijs proſit, quo fit, vt dum homini aliquis honor de ſua virtute exhibetur, intantum in illa exhibitione delectari debet, inquantum honorem refert ad debitum finem, ſcilicet, ut ex hoc ſibi via, & occaſio detur, ut alijs proſit, debet enim homo ad hunc finem de ſua virtute honorem appetere, vt cæteri eum honorari videntes, illam magni faciant, & vtendi ſua virtute occaſionem ſumant. Tertium eſt, quòd honor dicitur eſſe virtutis præmium, ad hunc ſenſum, non quòd homo virtutibus inſudare debeat, vt ſolummodo honoretur, præmium enim principale virtuoſi non eſt honor, ſed naturalis felicitas, de qua ſupra: vnde qui virtutibus vacat, vt inde ſolum honorem adipiſcatur, ab ultimo virtutis fine deficit, ſed honor intantum virtutis præmium dicitur, inquantum homines virtutem præmiare volentes, aliud maius retribuere non poſſunt, quàm virtuoſum honorare. His ſic prælibatis. Tripliciter poteſt homo talem honorem inordinatè appetere, aut in illo delectari, ſecundum D. Thom. 2. 2. quæſtio. 13. artic. 1. Primum dum ſibi honorem attribuit, in Deum non referendo illum, iuxta illud propheticum: Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Secundo, dum ita honorem deſiderat, vt in illo delectetur, & quieſcat, illum non referendo in aliorum vtilitatem, vt dictum eſt. Tertio dum appetit honorari, plus quam conditio ſua requirit, ſcilicet quando talem honorem deſiderat, qualis debetur virtuti, quam ipſe non habet.

Virtutes ſunt gratia gratis data.

Honor eſt virtutis præmiũ quomodo intelligatur.

Sed quęritur, an ſemper requiratur, vt hęc actualiter in Deum, & proximum referantur? Reſpondeo, quòd homo ad hæc tripliciter ſe habere poteſt, vel contrariè, vel priuatiuè, uel negatiuè. Contrariè ſe habet, dum honorem de ſua uirtute actualiter appetit, aut de exhibitio delectatur, ſibi ſoli attribuendo, & Deo illum eripiendo. Priuatiuè autem tunc ſe habet, quando non refert illum in Deum, tâquam talis doni auctorem: dum neceſſitas, ſeu occaſio referendi ſubeſt, puta dum laudatur, & honoratur, nec verbis, nec ſigno ex animo Deo, & proximo honorem refert, & illis duobus modis, ſemper eſt mortale, poteſt eſſe veniale, vel ratione materiæ dum honor, qui appetitur, aut exhibetur, eſt parui momenti, vel ratione imperfectionis actus, dum ſine affectu deſideratur, vel ex inconſideratione, dum ſcilicet deſiderium rationem, id eſt plenum iudicium præuenit. Negatiuè verò tunc ſe habet, dum honor exhibetur, vel appetitur, non cogitat de tali relatione in Deum, & proximum, & hoc modo ſi actus, ſeu appetitus eſt moderatus, non exeundo limites, non eſt peccatum, non enim ſemper tenemur actualiter, aut habitualiter, id eſt cum ſpeciali animi promptitudine referre in Deum, & proximum, quoties alicuius virtutis propriè honorem appetimus, aut dum de illa laudamur, cum præceptum hoc, de referendo in Deum, & proximum, ſit affirmatiuum, quod non obligat pro ſemper, ſed ſufficit, ad euitandum peccatum, virtualis relatio in Deum, & proximum, hoc eſt, ita appetat uirtutis honorem, ut nunquam in animo habeat illum Deo uſurpare, & proximo non referre, dum occaſio expoſcit. Dixi (ſi appetitus eſt moderatus non exeundo limites) diuerſæ namque uirtutes, diuerſos requirunt honores, ſecundum magis, & minus, ideo nemo appetere debet plus honoris, pro ſua uirtute, quàm homines pro illa exhibere conſueuerunt, puta, Magiſter humanitatis honorem Doctoris appetere non debet, perſona priuata nobilis, non debet appetere honorem

Dubium.

Marchio-

Digitized by Google

Marchioni exhibendum, Epiſcopo Archiepiſcopi,& Archiepiſcopo,Cardinalis honorem appetere non licet.

44 *Dubium. Deſiderare dignitatē an ſēper ſit mortale.* Quęritur an appetere dignitatem Eccleſiaſticam ſemper ſit mortale? Reſpōdetur, ſi dignitas non eſt curata, & deſiderans illam eſt indignus, ſemper mortaliter peccat, ſi autem eſt dignus, minimè, niſi magno animi affectu, & exceſſiuè appetet, ita ut mortaliter peccare non curaret, & multa ſcandala dare non uereretur, ut illam adipiſceretur, vel denique, quando in ea vltimum finem poneret. Si vérò dignitas curam animarum habet, de indigno non eſt dubium, quòd peccet, verum dignus ſaltem non euaderet peccatum præſumptionis. vnde D.Th. ſuper illud Pauli. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ſed non bonum deſiderium habet, nemo enim tam habilē ſe iudicare poteſt, vt rectè, & benè illum, vt decet, ſine ſpeciali Dei gratia exercere valeat. Vnde idē D.Th.2.2.q.185.art.1.ait, illicitum eſſe digno epiſcopatum appetere propter ſolas circūſtantias in eo exiſtentes, ſcilicet honorem, gradus altitudinem, & bonorum temporalium ſufficientiam. Sed an hoc ſit ei mortale? Reſpondet Caietanus loco citato, cum alijs Theologis, mortale eſſe ſi curam animarum ordinat ad honores, & temporalia bona, ut ad finem ultimum: ſi autem huiuſmodi appetendo debitum ſuum circa curam animarum facere intenderet, non prætendendo vti Epiſcopatu ad finem temporalium, vt multi faciunt, talis non peccaret mortaliter. Si uerò quis Eccleſiæ ruinam præuidendo propter malam electionem, aut concurſum, ſe ex charitate, & Dei cultus zelo præponeret, cognoſcens in ſe non eſſe tantam inſufficientiam, & imperfectionem, ſicut in concurrentibus, non peccaret. Appetere habilem aliquantulum alia ſimplicia beneficia, propter temporalem commoditatem non eſt mortale, talia namque ob Clericorum vitam, Deo ſeruientium, deputata ſunt. Et dixi (Deo ſeruientium) nam ſi eſſent Laici, aut Clerici in cultu diuino ſe exercere nolentes, ſed illa appeterent, ut magis voluptuoſè uiuerent, tunc beneficia in eorum animarum maleficium & perniciem redundarent, & ſi quis in minoribus exiſtens acciperet tale beneficium, nec intenderet ad Sacros ordines promoueri, ſed uti beneficio ad tempus, ut fructus inde acciperet, & poſtea illud renuntiaret, & vxorem duceret, teneretur ad fructuū reſtitutionem, ſecus ſi de hoc non eſt adhuc reſolutus, ſed ſub dubio manet.

De Vanagloria.

45 OPus honore dignum ſequitur laus in ore hominum, per quam opus uirtuoſum manifeſtatur, quæ manifeſtatio claritas quædam dici poteſt, quod enim clarum eſt, à multis cōſpicitur, ita opus honorabile, dum a multis laudatur, in manifeſtationem, & claram notitiam uenit. Hinc ſequitur ſecundum D. Th.2. 2. q. 132. art. 1. quòd nomen glorię manifeſtationem alicuius rei virtuoſæ importat, quæ apud homines decora videtur, & pro tali approbatur, & laudatur. Quæ laus, ſiue ab auctore rei, ſiue ab alijs fiat, non eſt peccatum abſolutè conſiderata, poteſt enim homo opus ſuum bonum, ſiue ſpirituale, ſiue corporale ſit, cognoſcere, approbare, & laudare ſine peccato, vt Paulus ad Corint 1. ſe laudabat dicens: Nos autem nō ſpiritum huius accepimus: ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus à Deo donata eſſe nobis. Ac etiam deſiderare poteſt, vt ab alijs laudetur, & approbetur. Secundum illud Matthæi 5 Sic luceat lux ueſtra coram hominibus. Tunc autem peccatum eſſet, hanc laudem, & gloriam appetere, quando inaniter, & inordinatè appetetur.

Gloria quid.

tetur.

Digitized by Google

etur. Iuxta illud Pſal. Vt quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Vnde dicitur: Inanis, ſeu Vanagloria eſt appetitus inordinatus gloriæ, circa opera à ſe facta, ut ab hominibus laudetur. Per hoc differt Vanagloria ab ambitione, & ſuperbia: nam etſi omnia iſta appetant eandem excellentiam, non tamen ſub eadem ratione, ſuperbia namque excellentiam appetit ſub ratione excellentiæ inquantum eſt quidam gradus ſublimis, per quem alios excellit. Ambitio autem eandem excellentiam ſub alia ratione appetit, ſcilicet quatenus illi honor exhibetur: Ambitioſus enim honorari deſiderat, ut dictum eſt. Vanagloria uerò eandem appetit, quatenus per manifeſtationem honoris, ſequitur laus, & gloria. Poteſt autem talis gloria dici inanis, & uana tripliciter, ſecundum eundem auctorem loco citato. Primò, dum homo gloriam, & laudem de aliqua re appetit, quam in ſe non habet, ſed fingit ſe habere, uel cupit laudari de illo, quod quidem gloria, & laude dignum non eſt. Secundo quando appetit ab aliquo cujus iudicium non eſt fide dignum, ſed uanum, ut accidit nobilibus, dum à uilibus ſiue plebeis, & ſimilibus laudari deſiderant, & quid illo magis uanum?

Definitio.

Vanagloria tripliciter uana dici poteſt.

Tertio quando laus, & gloria, quæ appetitur, non refertur in honorem Dei, & proximi vtilitatẽ, actu, vel habitu ſaltem; tunc autem aliquid habitu in Deũ referri dicitur, quando dum aliquid deſiderat, quamuis de Deo actu non cogitat, tamen eum à ſua intentione excludere non intendit: ita, quod ſi tunc in mentem veniret, in ipſo actu referret Deo laudem, honorem, & gloriam.

Peccatum hoc in genere ſuo non eſt mortale, vt ex dictis colligitur, ſed intm̃ mortale eſſe poteſt, inquantum Dei, & proximi charitati opponitur; charitati Dei opponitur multis modis, ſcilicet, vel dum quis gloriatur de aliquo falſo, quod reddundaret in Diuinam irreuerentiam, vt accidit confeſſori ignaro, qui cum pœnitentes ad ſe allectare velit, doctum, & peritum ſe eſſe dicit, in perniciem animarum, vt accidit quoq; medico ignaro, in medicando, Iudici in iudicando, Doctori in patrocinando, & conſulendo, in damnum euidens aliorum, qui credunt & confidunt in ipſis, illum ſe oſtentant; uel dum quis gloriatur, vſurpãdo Diuinum honorẽ, vt accidit concionatori, aut præceptori, ſeu lectori, ſe iactanti de doctrina falſa. Idem intellige, ſi oẽs prædicti dum falſo laudantur, & magnificantur ſuper doctrina, quam non habent, cognoſcunt damnum notabile inde ſequi audientibus, ijs credentibus, ipſi quantum opus eſt, non contradicunt, ſed quaſi affirmant, tacentes. Dixi (damnum notabile) nam ſi ſe iactant, aut tacent dum ab alijs falſo laudantur ſuper re parui momenti, ſine proximi damno, & Dei irreuerentia, veniale eſt; uel dum ſe iactant, dependentiam non recognoſcunt, ſ. gloriam, quæ Deo debetur, eamq; ſibi principaliter attribuunt; vel dum quis gloriatur de aliquo vero, ſed mortaliter malo, vt accidit Gladitori ſe laudanti interfeciſſe, aut mutilaſſe, & valoroſè ſe geſſiſſe: Furi, artificioſè ſe furtum præparaſſe. Iuueni, talem fornicationem ſe feciſſe, & huiuſmodi. Idem ſequitur, ſi dum de iſtis, & ſimilibus laudantur, conſentiunt, habent enim tunc quandam complacentiam de peccato mortali præterito, de quo potius dolere deberent. Et ſi complacentia, & iactantia eſt de peccato veniali, veniale erit. Charitati proximi opponitur peccatum hoc ratione finis mali, à uanagloriante principaliter intẽto, quod accidit, dum quis ab aliis gloriam quærit, aut ſe oſtendat, ut alios decipiat, & ad ſuam malam intentionem inducat, uel ſe iactat, auaritia motus, vt aliquem quæſtum inde piſcetur, uel ut bonus in hominum opinione teneatur, cum ſit malus, quod pertinet ad hypocriſim, vt faciebant Scribæ, & Phariſæi, vel dum quærit ab alijs adulari, vel de aliqua re à ſe geſta, ſeu dicta, aut de aliqua uirtute, bona fama, pulchritudine, ſeu alio bono, ut gloriam, & laudem acquirat, ita affectatẽ &.

Vanagloria de ſui natura nõ eſt mortale, niſi dum opponitur charitati.

Gloriari de peccatis perpetratis, eſt mortale.

ſe

Digitized by Google

ſe oſtendat, quòd pro ea adipiſcenda, aut non amittenda, dum eſt in bona opinione, paratus eſſet potius contra legem Dei peccare mortaliter. Omnes iſti ſupradicti modi ſunt peccata mortalia. Vnde Auguſtinus lib. 5. de Ciuit. Dei ſic ait: Hoc vitium humanę laudis, tā inimicum eſt pię fidei, ſi maior ſit cupiditas gloriæ, quàm Dei timor, & amor, vt Dominus diceret Io. c. 5. Quomodo poteſtis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriā, quæ à ſummo Deo eſt, non quærentes? Præter autem iſtos caſus, ſi Vanagloria non repugnat charitati Dei, & proximi, ſemper eſt veniale, vt accidit Clericis Miſſam dicendo, dum actus & ceremonias, quæ in illa punctatim ob myſteriorum ſignificationē facere debent, vt ab hominibus laudentur, obſeruare ſtudent. Item dum veſtes ſacras precioſas, quibus ad ſignificandam ſui miniſterij, & cultus diuini excellentiam vti debent, propter ſui gloriam veſtiunt. Item dum lectiones, & cantus ſuaues ad Angelorum imitationem, vt Deus laudetur, pro ſui, & audientium ſatisfactione gloriantes legunt, & canunt: ideo Eccleſia in fine lectionis poſuit, vt diceretur: Tu autem Domine miſerere nobis: petitur enim venia de Vanagloria in dicendo, & canendo, ſumpta. Quæ omnia, cum non eligantur, vt finis vltimus, cum magno affectu, & ſtudio, venialia ſunt: non enim ſunt contra charitatem, vt dictum eſt.

46 *Dubium. Vſus veſtium precioſarum quādo eſt peccatum.*

Quæritur vtrum in ſuperfluo cultu, & ornatu veſtimentorum ſtet peccatū Vanęgloriæ? Reſpondet D. Tho. 2. 2. q. 169. art. 1. Vſus veſtium delicatarum, quantum eſt ex parte veſtimentorum, non eſt vitioſus, ſed ex parte hominis eis immoderatè vtentis: quæ quidem immoderantia ex duplici capite oriri poteſt, vel reſpectu conſuetudinis loci, in quo manet, & hominum, cum quibus viuit, & tunc ſi vtitur veſtibus excedentibus metas conſuetudinis loci, & hominum ſuæ conditionis, inter quos verſatur, vitioſum eſt, vel reſpectu affectus inordinati vtentis: & tunc ſi vtitur ueſtibus dedicatis, ſiue ſecundum hominum ſuæ conditionis, & loci conſuetudinem, ſiue præter, nimis libidinosè, & ſtudioſè gloriam ab hominibus in illis quærendo, vt homines effęminati facere ſolent, peccatum eſt, & tanta poteſt eſſe in illis affectio, finem in eis ponendo, quòd erit mortale. & hoc quo ad laicos, tum maſculos, tum fœminas, addendo quo ad fœminas, ſi ſtudioſè ornatui, & cultui ſuperfluo, etiam ſecundum conſuetudinem loci indulgēt, ad hunc finem, ſ. vt homines ad laſciuiā prouocent, peccant mortaliter, iuxta illud Prouerbiorum 7. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas. Quo uerò ad Clericos, dicitur cum D. Thom. loco citato in reſponſione ad ſecundum argumentum. Si ſunt in aliquo primatu & dignitate conſtituti, poſſunt uti ueſtibus ſericis, & precioſis dignitati ſuę conformib. ſine peccato, ad ſignificandum ſui gradus excellentiam, ut cæteri dignitatis gradum honorent, & magnifaciant; niſi cum hoc affectum quendam libidinoſum delicioſè ſe in illis delectandi ponerent: tunc enim eſſet peccatum, ſicut & affectus. Si uerò ſunt Clerici ſine tali dignitate, ait Caietanus q. prædicta, art. 2. dubio 6. tunc peccant mortaliter, mutando, & uiolando habitum ſuum clericalem, & utendo ſericis indumentis, calceis, ornamentis mularum, & huiuſmodi, ac ſi eſſent Domini temporales. Peccatum Vanęgloriæ eſt nimis uniuerſale: unde legitur de Beato Bernardo, qui dum nimiam familiaritatem cum Diabolo haberet, inter cætera eum in forma Medici quandoque uidit, ſecum multa uaſa afferentem, inter quæ magnum quoddam uas aliorum menſuram excedens, uidebatur: cui beatus Pater ait: quid ſignificant tot uaſa? & inter alia hoc tam magnum? Reſpondit Diabolus, uaſa hæc ſunt genera peccatorum, in quibus multi bibunt, ſed hoc magnum eſt Vanagloria, de quo ferè omnes guſtant. Vnde Beatus Gregorius 13. Moralium ait: uitare Vanamgloriam eſt perfectorum. Hæc autem quamuis non

fit

Digitized by Google

ſit ſemper mortale, vt dictum eſt; diſponit tamen ad multa alia peccata, quæ eius filiæ vocantur, quas ad manifeſtationem propriæ excellentiæ, vt eius finē dirigit. Propriam autem excellentiam dupliciter homo manifeſtare poteſt, vno modo directè, alio modo indirectè: directè, aut per dicta, aut per facta, & hæc aut vera, aut falſa, per dicta, iactando ſe, per facta vera, præſumendo multum circa nouitates, quæ admirationem quandā pariunt, per facta falſa, vt hypocritæ faciunt: indirectè autem homo ſuam excellentiam manifeſtat, dū ſe non eſſe ab alijs ſuperatum oſtendit, & hoc quātum ad quattuor, primo quā tum ad intellectum, dum ſe pertinacem oſtendit, nolens ſaniori iudicio aſſentiri, ſed ſuæ nititur ſententiæ, hinc hæreſes: ſecundo quantum ad voluntatem, dum aliorum cum voluntate concurrere nolens, diſcordat ab eis: tertio quantum ad verba, dum nolens ab alijs ſuperari, verbis contendit: quarto quantum ad facta, dum ſuperiorum præceptis obedire non vult. Hinc ſequūtur hæ ſpecies peccatorum, quæ dicuntur filiæ Vanęgloriæ, ſcilicet Iactātia, Præſumptio, Hypocriſis, Pertinacia, Diſcordia, Contentio, Inobedientia. *Filiæ Vanægloriæ.*

De Iactantia. 47

IActantia, ſecundum D. Th. 2. 2. q. 112. ſignificat quandam excellentiam, per quam homo ſeipſum in altum verbis extollit. Dico (ſeipſum) quia extollere alium, Adulatio eſt. Hoc aūt dupliciter contingit, vel dicendo ea, quæ in veritate in ſe iam habet: non tñ ſic eſt in hominum opinione, vnde ſic ſe iactādo ad manifeſtationęm illius rei procedit, vt inde poſtea vanęglorietur, uel iactando ſe extollit, attribuendo ſibi, quod in veritate non habet, vt teneatur ſupra id quod eſt: & hoc ſecundo modo opponitur veritati, quantum ad motiuum exterius: quantum autem ad interius, eſt potius filia ſuperbiæ, & hæc ſecunda eſt peior prima. Sed quæritur, an ſemper eſt ueniale? Reſpondeo, ſi conſideretur quantum ad ſuam cauſam, ſ. ſuperbiam, & vanagloriam à quibus ortū habet, erit ueniale, uel mortale, ſicut motus ſuperbiæ, uel uanagloriæ, à quibus procedit. Si autem conſideretur in ſe, prout eſt quoddam mendacium, tunc ſi erit contra charitatē Dei, & proximi, proferet iactanter aliqua verba contra Dei gloriam, ut dicitur Ezechiæ c. 28. ex perſona Regis Tyri. Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum. Vel ſe iactat de aliqua uanitate mortali, delectando ſe in illa, ut Iuuenes dicere ſolent, oſtendendo ſe feciſſe, ut prudentes iuuenes, uel iactando ſe, dicit quædam mendacia pernicioſa, & uerba contumelioſa contra proximum, uel ex alicuius lucri appetitu ſe iactat, ut proximū decipiat, uel ex propria intentione, iactando ſe, iurgia concitat: in iſtis, & ſimilibus ſemper eſt mortale. Vbi autem Iactantia contra Dei & proximi Charitatem non eſt, veniale peccatum eſt: puta dum de aliquo mendacio iocoſo, aut de vitijs, quę poſſidet, uel ut lucretur ſine proximi damno, aut de ſtirpe nobili, & ſimilibus, ſe iactat, uel quando ex aliqua Iactantia iurgium, aut contumelia per accidens, & præter intentionem oriretur, uel quando ſe iactat de aliqua ueniali uanitate, in illa ſe delectando, dummodò in ea finem ſuum non conſtituat, ut ſupra diximus. & ſic de ſimilibus iudicandum eſt.

Iactātia quādo eſt mortale.

Quando eſt veniale.

De Præſumptione. 48

PRæſumptio, ſecundū D. Th. 2. 2. q. 21. eſt appetitus quidā inordinatus circa res quę ſperantur. Et eſt duplex: unus, dum ſperatur aliquid p Diuinā uirtutem, q̄ aſſequi non pōt: qui enim de miſericordia Dei obtinere ſperat

rat plus quam conueniens eſt, puta veniam ſine pœnitentia, relaxationẽ peccati ſine reſtitutione, & huiuſmodi, eſt ualde præſumptuoſus, unde taliter de miſericordia Dei præſumens, peccat in Spiritum ſanctum, de quo inferius. Alter eſt per uirtutem propriã, dum ſcilicet propriæ uirtuti confidens, quod ſuã facultatem excedit, facere præſumit, contra naturæ ordinem, quæ ultra ſuam uirtutem non operatur, & ideo peccatum eſt, prout dicitur Iudith 6. Domine qui præſumentes de ſe humilias. Et talis præſumptio ex inani gloria procedit, ex hoc enim, quòd aliquis de ſua uirtute gloriam deſiderat, multum de ſe præſumit, circa alicuius nouitatis inuentionem, quæ admirationem cauſare nata eſt, ut inde magis laudetur. Vnde Gregorius in Moralibus cap. 13. Præſumptionem, filiam inanis gloriæ poſuit. Quæ regulariter eſt peccatum ueniale, poſſet eſſe mortale ratione materiæ, dum ſcilicet præſumptuoſus, quod facere præſumit, in notabile damnum proximi, uel Dei honoris redundaret. Poſſet benè ſine peccato aliquod uirtuoſum arduum, quod noſtras naturales uires excedit, cum Dei auxilio appeti, & ſperari, dicendo cum Paulo, omnia poſſum in eo, qui me confortat, & ſine tali fiducia uitioſum eſſet.

Præſumptio quando eſt mortale.

De Hypocriſi.

Simulatio quot modis fieri poſſit.

Mendacium dupliciter committitur, verbo ſcilicet, dum aliquid contra veritatem dicitur & facto, dum aliquid per ſigna factorum, vel rerũ ſignificetur eſſe alio modo, quam in rei veritate ſe habet, quod propriè ſimulatio dicitur, & vtrumque eſt peccatum. Sed eſt aduertendum, quod ſimulatio pluribus modis fieri poteſt. Quandoque fingendo, dum vnum fit, & aliud ſignificatur, & tunc non eſt propriè ſimulatio, quæ mendacium dici poſſit, vt habetur Geneſis c. 27. vbi Iacob Eſau ſe eſſe finxit, per quod fratri benedictionẽ abſtulit, ſignificans, populum minorẽ, ideſt Gentilem, maiori, ideſt Iudaico fore præferendum. Quandoque fictio fit ad alicuius rei inſtructionem, vt habetur Lucæ 24. vbi Dominus finxit ſe longius ire, compoſuit enim modum ſuum quaſi longius ire volentis, ad aliud figuratiuè doctrinandum, ſcilicet, vt ait Gregorius, quòd ipſe ab eorum fide longe erat. Vnde Auguſt. in lib. de quæſtionibus Euangelicis. Non omne, quod fingimus, mendacium eſt. Sed quando id fingimus, quod nihil ſignificat, tunc mendacium eſt. Quandoque homo fingit, abſcondendo ſuam ſanctitatem, & vitæ integritatem, & hoc dupliciter fieri poteſt, vel opera mala faciendo, & hoc modo malum eſt, imò qui talia facit, bonus & ſanctus dici non poteſt; vel per opera, quæ in ſe mala non ſunt, ſed quandam mali ſpeciem habent, puta loqui cum muliere ſuſpecta, ambulare cum iuuenibus intemperatis, vt ſuam continentiam cęlet, & huiuſmodi: & tunc hæc ſimulatio mala eſt, tum ratione mendacij, tum ratione ſcandali, quod alij de ſe accipere poſſunt; uel opera ſua bona occultando, laudem humanam fugiendi cauſa, & hoc optimum eſt, nec ſimulatio dici debet. Iuxta illud Euangelicum Matth. c. 6. Et pater qui eſt in abſcondito reddet tibi. Quandoq; homo fingit eſſe quod non eſt. i. fingit non eſſe peccatorem, & hoc quoq; dupliciter fieri poteſt, uel abſcondendo peccatum ſuum, & hoc modo non eſt propriè ſimulare, & mentiri, in apparendo quod non eſt, ſicut enim mentiri dicitur quis, dum uerbo ſignificat quod non eſt, non autem dum tacet quod eſt, quod aliquando licitum eſt, ita ſimulare, & mentiri per facta, & ſigna exteriora dicitur, dum ſignificatur eſſe quod non eſt: non autẽ dum homo prætermittit ſignificare quod eſt, ſuum peccatum abſcondendo, (extra tñ confeſſionem) ut ſuam famam conſeruet, & alios non ſcandalizet. Vnde Hieronymus ait. Se-

cundum

Digitized by Google

ſecundum remedium poſt naufragium eſt peccatum celare, ne ſcilicet exinde ceteri ſcandalizentur, vel ſimulando eſſe bonum, quod pertinet ad hypocriſim, de qua eſt intẽtio, hypocrita namque Græcè, Latinè dicitur ſimulator, nam hypocrita propriè dicitur, qui in comœdijs perſonam alterius repręſentat, apparendo quod non eſt; hinc dum quis malus, & vitioſus exiſtens, bonus apparere vult, hypocrita vocatur. Vnde Auguſt. in ſermone in Monte Domini: Sicut hypocritę ſimulatores aliarum perſonarum agunt partes illius, qui non ſunt, ſic in Eccleſia & in omni vita humana, qui vult videri, quod non eſt, hypocrita eſt, ſimulat enim ſe iuſtum, cũ non ſit. Et hoc fieri poteſt duplici intentione, vel fingendo ſanctitatem, quam non habet, propter ſua peccata mortalia occulta; & tunc quamuis ſit in peccato mortali, non tamẽ de nouo mortaliter peccat, ſe bonum exterius oſtendendo, vel perfectionis opera in publico faciendo, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, vt ab hominibus videatur, & bonus Chriſtianus teneatur; quod facere ſolent, qui roſariũ in manu portant per plateas, qui coronam virginis, & pater noſter ſub pallio pendentes videre faciunt, qui Eccleſias viſitare meridie videri deſiderant, qui partem pallii per terram trahunt, aut incompoſitè veſtiuntur, vt mortificationem quandam oſtẽdant, eleemoſynas in publico faciunt, vt charitatem, quam in pauperes exercent, manifeſtent, & huiuſmodi: & tunc ſi hæc animo, & ſpiritu principaliter faciunt, & ſolummodo videri cupiunt, vt ab hominibus laudentur, peccant tantum ex vanagloria, quod peccatum regulariter eſt veniale; qua hæc laus ſecundariò deſideratur. Poſſet eſſe mortale, quando in ea proprius finis poneretur, hoc eſt in his, & ſimilibus operibus laus principaliter prætenderetur, de quibus dicitur: Receperunt mercedem ſuam. Si autem hæc, ſimilia ex profeſſo, contra Dei charitatem facerent, ſanctitatem diſſimulando, ſcilicet faciem exterminando, vt abſtinentes appareant, vt inde falſam doctrinam diſſeminarent, aut aliquam Eccleſiaſticam dignitatem, cum ſint indigni adipiſcerentur, eo quòd propter ſanctitatem apparentem eis crederetur, ſemper læthaliter delinquerent. Idem intellige ſi eadem agunt contra proximi charitatem; vt eos ſub ſpecie ſanctitatis deciperent, ſcilicet vt ab eis eleemoſynas haberent, de quibus dicitur Matthęi 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui comeditis domos viduarum; Vel vt in negotiis illicitis illos conuenirent, vt facere ſolent quidam vſurarii frequentantes prędicationes, & lectiones, ſępe de caſibus conſcientiæ loquentes, eo quòd eis crederetur. Vel ut aliquem ad peccandum traherent, vt facere ſolent ſuperbi, ſub ſpecie humilitatis, luxurioſi ſub ſpecie fidelitatis, proximum lędendo, & huiuſmodi, qui ſub pelle Ouina rapiunt ut Lupi, vt faciebant Scribæ & Phariſęi, populum decipientes, & hodie de noſtris tam clerici, quam laici multi faciunt. Quod peccatum eſt Deo valde odioſum. Sed quomodo cognoſci poſſunt? Reſpondet Ieſus, à fructibus eorum cognoſcetis eos, ſcilicet ſicut auricalcum, dum in igne probatur, aut ab aculeo tangitur, ſtatim diſcooperitur eius malitia, ita tales hypocritæ, ſi in perſona, aut in bonis tangantur, tunc eorum humilitas, & patientia, quam fingunt habere, experitur.

Hypocriſis, quando eſt mortale.

Malitia vſurariorum.

Modus cognoſcendi hypocritas.

Quęritur an gerens habitum alicuius Religionis, & regulam non obſeruãs, dicatur hypocrita? Dicitur ſi hoc facit ſolũ, vt ſub illo habitu iuſtus appareat, hypocrita eſt, hic enim propriè Lupus eſt ſub pelle Ouina, ſi autem habitum aſſumit, perfectionis ſtatum intendens adipiſci, quamuis poſtea infirmitatẽ quadam, aut inconſtantia ab illa deficiat, non dicetur hypocrita, ita vt teneatur habitum deponere, vt in primo caſu, talis enim habitus nõ ſignificat, quòd ſit perfectus, ſed quòd ad perfectionem tendit per opera perfectionis, ſcilicet religionis, ad quę obligatur. D. Thom. quo ſupra.

Dubium. Habitum gerens falſa intentione.

De Pertinacia, & Diſcordia

De Pertinacia.

50 PErtinax, ſecundum Iſidorum in lib. Etymolog. dicitur, qui nimis tenax eſt, & cedere non vult. Vnde qui in ſua ſententia nimis perſiſtendo, perſeuerat, quia quomodocunque ſit, vincere vellet, impudenter tenax eſt. Et quia hoc facit, vt ſuam virtutem, & excellentiam manifeſtet: ideo pertinacia ex Vanagloria oriri dicitur. Et eſt vitium contra virtutem perſeuerantiæ, per exceſſum, qui enim impudenter plus, quàm oportet, in ſua ſententia perſeuerare vult, pertinax vocatur. Et tunc erit peccatum mortale, quando eius cauſa eſt mortalis, ideſt Vanagloria; ex qua oritur, eo modo, quo ſupra dictum eſt.

De Diſcordia.

51 DIſcordare, eſt ab alijs diſſentire; & eorum opinionem non ſequi, & intantum Diſcordia eſt peccatum, inquantum contrariatur illi concordiæ, quæ ex charitate cauſatur, charitas enim corda multorum in vnum coniungit, quod erit principaliter bonum diuinum, & ſecundario bonum proximi. Hæc concordia dupliciter per diſcordiam tolli poteſt, ait D. Thom. 2.2. quæſt. 37. artic. 1. vel per ſe, uel per accidens: per ſe quidem, ideſt ex propria intentione, dum homo ſcienter, & ex profeſſio diſſentire vult, vel à bono diuino, quod quidem tunc ſit; quando à proximi voluntate diſcordat, qui inhæret regulæ diuinæ, tunc enim à regula diuina diſcordare dicitur; uel ſecundo, dum diſcordat à bono proximi, cui obedire tenetur; aut quando diſcordiam ſeminat inter charitate coniunctos. Et hoc modo diſcordia eſt peccatum mortale, ex proprio genere, eſt enim directè contra charitatem, vt dictum eſt.

Diſcordia, quando ſit mortale.

Vnde Prouerb. 6. dicitur: Sex ſunt, quę odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, & pro ſeptimo ponit eum, qui inter fratres diſcordiam ſeminat. Poſſet eſt veniale vel ex inaduertentia, & ex actus imperfectione in illo primo motu; dum ſcilicet ratio ſuperior proprio actu intuetur regulas Diuinas; antequam de illis conſulat, & deliberet; vel per accidens, dum ſcilicet diſcordia orietur præter intentionem; puta, hic opinatur ſuam opinionem eſſe veram, alter contrariam, tunc illi diſcordant præter intentionem; ambo enim quantum eſt ex ſe, quod bonum eſt, prætendunt; & hoc modo non eſt peccatum; diſcordia etiam conſiſtit in actu voluntatis directè ſe opponentis, & non in hominum opinionibus; poſſet tunc eſſe ſaltem veniale, quod accidit ex defectu humano, ut de Paulo, & Barnaba legitur Actuum 15. quamuis dici poteſt, illud fuiſſe ex diuina prouidentia propter utilitatem (dico) inde ſecutam. Tunc autem opinionum diſcordia eſſet peccatum mortale, quando error eſſet circa ea quæ ſunt fidei, uel quando cum quadam pertinacia indebita diſcordarent, ut ſupra de pertinacia, & tunc quandoque erit cum peccato vnius tantum, dum unus diſſentiendo impedit bonum alterius, quandoque autem peccato utriuſque, dum uterque bonum proprium deſiderans, à bono communi diſſentit, & accidunt, quia homo inordinatè, quę ſua ſunt, præfert bonis aliorum, ut glorietur in eis, & tunc dicitur filia vanęgloriæ, uel quia non vult cum alijs concordare, vel quod ſuam voluntatem relinquere, & alios ſequi dedignatur, quod pertinet ad ſuperbiam, & tunc eius filia dicitur.

De

Digitized by Google

De Contentione.

COntentio, ut ait Tullius, eſt oratio,quę ex rebus contrarijs efficitur, & in hoc differt à diſcordia: Diſcordia enim eſt contrarietas in voluntate obſtinata; contentio autem in verbis. Contrarietas hæc in locutione dupliciter fieri poteſt; uno modo quantum ad modum contendendi; alio modo quantum ad intentionem contendentis. Quantum ad modum,fit dum ordinatè, vel inordinatè circa aliquid contrariatur, hęc ordinatio,vel inordinatio conſideranda, vel per reſpectum ad perſonam quæ contendit, ſi ſibi conuenit, an non, vel ad verba, quę vſurpantur in contentione,vel ad negotia, ſi ſunt talia de quibus contendi debet. Quantum ad perſonam; puta Religioſus ſubditus contrariari non debet ſuo Prælato in his quæ iuſta, & conuenentia ſunt, tenetur enim eius mandatis parere,& non contendere.Diſcipulus cum ſuo pręceptore contendere non debet,circa doctrinam,quam addiſcit, dicitur enim,barbato crede magiſtro; & ſic de ſimilibus.Quantum ad verba, quę vſurpantur,puta,ſi ſunt acria,iniurioſa,offenſiua,vel cum clamore,impatientia,contemptu, blaſphemia, vel cum ſuperbia,& emphaſi; aut cum quadam complacentia propter circũſtantes, vt laudetur ab alijs: tunc enim ex his filia ſuperbiæ, & vanęgloriæ dicitur. Quantum ad negotia, & res,de quibus contenditur poteſt etiam eſſe inordinatio: propterea namquã Chriſti diſcipuli reprehenſi fuere Lucæ 22.quia contendebant de primatu honoris,de quo non erat contendendum,& non de intentione:nam defendebant,quod ſibi iuſtum videbatur, & ideo à mortali excuſabantur. Quantum ad intentionem contẽdentis fit,dum contẽditur veritas,aut falſitas;& hoc tripliciter accidere poteſt, vel materialiter tantum, dum ſcilicet aliquid impugnatur exercitii, & diſputationis gratia, vel tentatiuè alterius iudicium experiendo; & his modis caret omni vitio, niſi fierent modo indebito, inordinatè, vt dictum eſt; vel formaliter,ideſt ex propria malitia,& iniqua intentione,ſcilicet dum quis ſcienter ueritatem impugnat. & hoc vel diſputatione, veritatem doctrinæ conculcando, vel in iudicio veritatem iuſtitiæ calumniando, vel in ratiocinio, proximum infamando, ſeu in aliquo notabili lædendo,& tunc eſſet mortale; niſi ratione paruæ, & friuolæ rei, de qua eſſet veniale; eo quod parui refert. Item contendere quodcunque mendacium veniale, erit peccatum veniale, niſi inordinatè,quo ad modum contendetur, ut dictum eſt.Item contendere aliqua ſibi propoſita ſimpliciter non curando,an ſint uera, an falſa, veniale eſt,niſi ſic efficaciter,& cum pertinacia contenderet: vt ſi certo ſciret eſſe vera, adhuc contradiceret; quia tunc eſſe mortale.Item contendere falſitatem modo debito, & ordinatè, non ſolum non eſt peccatum, ſed virtuoſum eſt; ſi autem immoderatè vociferando cum quadam acrimonia, vel emphaſi, veniale erit; Si uero inordinatio in contendendo erit nimia, & ſcandaloſa, tunc erit mortale.

51 Differentia inter diſcordiam,& contentionem.

Digitized by Google

De Inobedientia.

53 QVamuis in omni tranſgreſſione præcepti, tam diuini, quam humani Inobedientia quædam committatur, non tamen ex hoc omne peccatum mortale, propriè loquendo, Inobedientia dici debet, ſed ſolum, dum contra præceptum ex contemptu, tam præcipientis, quam rei pręceptæ aliquid fit, dum enim aliquis fornicatur, non intendens cõtemnere pręceptum Dei, ſ. (non mœchaberis) ſed ſuæ concupiſcentię ſatisfacere, tale peccatum non dicetur Inobedientia, ſed fornicatio: ſed ſi ob contemptum pręcipientis forniceretur, inobedientia formaliter diceretur, actiones enim morales à fine ſpeciem habent. Igitur Inobedientia eſt tranſgreſſio præcepti ex cõtẽptu:& eſt ſemper mortale; peccatum enim, ut ſępè diximus, intantum eſt mortale, inquantum eſt contra Charitatem Dei, & proximi. exigit autem Dei Charitas, ut eius præceptis, & mãdatis obediatur, ſed in pręceptis diuinis continetur, ut etiã pręceptis ſuperiorum pareamus, teſte Paulo, ad Romanos 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Qui ergo inobediens circa Dei, & ſuperiorum præcepta ſe per contemptum exhibet, mortaliter peccat. Quod peccatum, tantò grauius eſt ex contemptu præcipientis, quantò præcipiens eſt magis ſuperior; grauius enim peccat, qui facit contra præceptum Dei, quam qui contra pręceptum Prælati, & grauius, qui contra præceptum maioris, quam inferioris Pręlati. Similiter ex contemptu præceptorũ, grauius peccat contemnens maiora, quam minora. Hoc peccatum ex ſuperbia, & Vanagloria ortum habet; qui enim inflatur, & cęteris excelſior apparere vult, præceptis alterius ſubijci dedignatur; ideo earum filia uocatur. Hinc aſtutus Euę tentator, cognoſcens ſuperbiam mulieris, eam ad contemnendum pręceptum de pomo vetito, induxit, dicens: Cur pręcepit uobis Deus? Cui inobedientię ſi obſtinatio, quę hominem impœnitentem facit, adiungatur, peccatum in Spiritumſanctum dicetur, de quo infra.

Definitio.

Aſtutia Dæmonis.

De Auaritia ſecundo capitali peccato.

54 AVaritia, communiter ſumpta, eſt inordinatus appetitus habendi quodcunque bonum:& quia (bonum) ſumi poteſt communiter, & ſpecialiter, ita & Auaritia ſumi poteſt. Verùm, ut eſt unum de ſeptem capitalibus, Auaritia propriè dicitur amor inordinatus pecunię, vel poſſeſſionum, agrorum, armentorũ, ouium, & ſimiliũ, quę per ſe ſunt de genere rerum utilium, quę ſub nomine pecunię intelliguntur. Et quia vitiũ opponitur virtuti, circa idem obiectum, hinc ſequitur, quòd ſicut duplex virtus reſpicit pecuniam, alio, & alio modo, ita & Auaritia duplex eſt, duplici virtuti oppoſita. Primo namque pecuniam reſpicit iuſtitia. Secundo liberalitas. Iuſtitia conſtituit medium, & ęqualitatem in ipſis rebus poſſeſſis, ut quilibet habeat, quod ſibi debetur. Liberalitas conſtituit mediũ in ipſis affectionibus animę, ut quiſque non ſit nimium amator, nec diſſipator pecunię, ſed moderatus diſpenſator, quando, & ubi oportet. Liberalitas igitur, cum ſit virtus in medio conſiſtens, habens duo extrema, unum per exceſſum, quod eſt Prodigalitas, quę conſiſtit in dando ſuperabundanter & plus debito, propter paruum amorẽ, quem habet in retinendo, alterum per defectum, quod conſiſtit in nimio amore acquirendi, & retinendi, quod eſt una ſpecies Auaritiæ.

Definitio.

Auaritia duplex.

Pecuniam reſpicit Iuſtitia, & liberalitas.

Liberalitas. Prodigalitas.

Digitized by Google

Auaritia ergo, quæ opponitur liberalitati, eſt quidam defectus circa emiſſiones, & expenſiones pecuniarum, & quædam auiditas circa acquiſitionem & retentionem earundem, cum ſuperfluo amore. Hæc aut Auaritia ex ſuo genere non eſt peccatum mortale, ut ait. D. T. 2. 2. quæſtio. 118. art. 4. poteſt enim homo ſic pecunias amare, ut ſit tenax ultra modum in expendendo, aut ita implicatus in negotiis inordinatè facultates augendo, vt earum amorem non præferat amori Dei, ideſt nunquam uelit propter diuitias aliquid facere, quod eſſet directè, vel indirectè contra Deum, & proximum, & quamuis talis inordinatus amor ſit peccatum ueniale, eſt tamen ualde periculoſus, accidit enim quādoque propter nimium amorem, tales contra iuſtitiam delinquere in aliquibus negotijs, propter ignorantiam, quæ non excuſabit eos, dicit enim Sapientia capit. 4 Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & in conſtātia concupiſcentię tranſuertit ſenſum ſine malitia. Poteſt eſſe mortale ex cauſa, & hoc quando ille, qui ita tenax, & ſtipticus eſt in expendendo, tali parſimonia utetur ſibi, & ſuæ familiæ uitæ neceſſaria ſubtrahendo, ut ob eam corpus pateretur, vel quando, ut vult Caietanus 2. 2. q. 118. art. 1. deſiderium augendi eſſet ita exceſſiuum, ut per diuitias uellet mutare ſtatum, & gradum ſuę uirtuti diſſonum; puta qui ſe ineptum ad alios gubernandos iudicat, Ducem fieri præſumit, uel ſecundum D. Th eadem q. art. 4. quando totum finem ſuum in bonis temporalibus collocaret, ita, ut non uereretur propter diuitiarum amorem poſtponere amorem Dei, ut facere ſolent qui propter bonorum temporalium affectionem, die feſto miſſam, & alia Diuina præcepta prætermittunt, ut ſuas poſſeſſiones adeant, aut alia negocia perficiant, & huiuſmodi, tunc erit peccatum mortale, quamuis in negotiando, neminem lædant, uel fraudent, licet enim amor & deſiderium circa bona temporalia ſit naturale, tamen debet eſſe menſuratum, ut tendat ad id, ad quod ordinatur, uidelicet ut bona temporalia deſiderentur, ut media ad finem, & non pro ultimo fine, ideſt ut homo utatur eis pro neceſſitate ſuæ uitę, & familiæ, ſecundum conditionem ſui ſtatus, & uirtutis, ſic tranſiens per bona temporalia, ut non amittat æterna; ille autem per hæc amittit ęterna, qui talem amorem in diuitiis ponit, ſe delectando in illis, quòd totam ſuam felicitatem in eis ponit, relinquendo regulas Diuinas; imò multoties utitur Deo, ut fruatur bonis temporalibus, ideſt ſi quid Religionis in eo uidetur reuerendo, & precando Deum hoc non propter Deum facit, ſed ut eum in ſua proſperitate conſeruet.

Auaritia oppoſita liberalitati.

Auaritia quæ opponitur iuſtitiæ dicitur illa, ad quam pertinet accipere per fas, & nefas, uel retinere alienum contra iuſtitię debitum, hoc modo auari dicuntur illi, qui diuitias per vſuras, fraudes, furta, extorſiones, & alia ſimilia congregāt. Hæc ſpecies auaritię ſemper eſt peccatum mortale, niſi propter imperfectionem actus in deſiderando, uel paruam quantitatem in accipiendo, & retinendo, ut ſupra de furto dictum eſt, quia tunc eſſet ueniale.

Auaritia oppoſita iuſtitia.

Et quamuis huius Auaritiæ peccatum non ſit multum graue, reſpectu quorundam aliorum, eſt tamen ualde periculoſum, propter reſtitutionis difficultatem quæ difficultas oritur, & ex negotiorum uarietate, quibus homo proximum lædit, nec de tali lęſione ſe conſcium facit. De qua re inferius in capit. de reſtitutione, & de Vſura per totum, dicemus, ac etiam propter nimium amorem in illis poſitum, ut non ita facilè alienum reſtituere proponat. Vnde dicitur Idolorum ſeruitus, per quandam ſimilitudinem, ſicut enim idolatra, per cultum ſe creaturæ ſubijcit, ita & auarus per amorem ſe diuitijs ſubijcit, illas immoderatè concupiſcendo. Ideo Eccleſ. cap. 10. dicitur: Nihil eſt iniquius quam amare pecunias, hic enim & animam ſuam uenalem habet, ideſt quan-

Auaritia periculoſa propter difficultatē reſtituendi.

Auaritia Idolorū ſeruitus.

Digitized by Google

quantum ad acquiſitionem, vitam multis periculis exponit, propter lucrum faciendum, vel dicas uenalem habet, ideſt quantum ad poſſeſſionem,& fruitionem,animam Diabolo pro pecunia uendit,vnde Paulus ad Timotheum 1. c.6 ſcribens,nos monet,dicens. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & laqueū Diaboli,& deſideria multa inutilia, & nociua habent, quæ mergunt homines in interitum,& perditionē: radix enim omnium malorū eſt cupiditas: vnde ſi ulterius perpenderetur, quam periculoſus eſt diuitum ſtatus, nō eſt homo tam exigui iudicij, qui diuitias non contēneret:non quia diuites ſaluari nō poſſint,ſed quia illorum plurimi in illis, tam affectate animū implicant, ut ipſorum ſalutem difficilem reddant. Hoc inferre voluit Chriſtus Dominus,& præceptor noſter dum dixit.Difficilius eſt diuitem in paradiſum introire,quam camelum per foramen acus tranſire.

Diuitū ſtatus periculoſus.

Auaritia vitium capitale,quare?

Auaritia eſt uitium capitale: nam cum felicitas humana naturaliter ſit appetibilis, tanto aliquid affectu appetitur, quanto magis confert ad illam aſſequendam, vnde cum diuitiæ ſatis iuuent ad felicitatē humanam habendam: per eas namque omnes commoditates acquirit homo, quibus felicitari poteſt, ut Philoſophus 5. Ethicorum ait. Denario utimur,quaſi fideiuſſore,ad habenda omnia,hinc ad illas acquirendas maxime ſtudet,ita ut multa alia peccata committat, vt pecunias acquirat. Et quia vitium capitale dicitur illud, quod aliquem principalem finem habet,ad quē multa alia ordinari apta ſunt, ideo Auaritia, cum ſit de ſeptem capitalibus, vt dictum eſt, multas habet filias, quæ ab ipſa oriuntur,ut ſunt Proditio,Fraus,Fallacia,Periurium,Inquietitudo,Violentia, & contra Miſericordiam obduratio. Quarum ſufficientia ſumi poteſt.

Filiæ Auaritiæ.

Sufficiētia filiarum Auaritiæ.

Ad Auaritiam pertinent duo, ſcilicet retinere, & accipere, per hoc, quod immoderatè retinet, oritur obduratio contra miſericordiam, tantus enim eſt timor Auari, ne minuantur opes, quod inhumanus in pauperes efficitur, negando eis eleemoſynam etiam in caſu quo ex præcepto tenetur,quando hoc contingit ut ſupra definitum eſt. Per hoc quod immoderatè accipit, dupliciter conſideratur, uel ut eſt in corde, & tunc ex ea propter ſuperfluas curas in acquirendo, unde de eo dicitur: Semper auarus eget, quia nunquam uidetur impleri; uel conſideratur in facto, & tunc in acquirendo quandoque utitur extorſione, aut ui, ex quibus oritur Violentia, quandoque utitur dolo,& ſi fit ſimpliciter verbis,tunc oritur Fallacia,ſi autem uerbis adiungatur iuramentum, pro confirmatione, tunc oritur Periurium;quandoque,vtitur dolo in opere,& tunc ſi erit circa res,orietur Fraus,ſi autem erit circa perſonam,orietur proditio,ut patet de Iuda,qui propter auaritiam prodidit Chriſtum Dominum.

Iudas propter auaritiā prodidit Chriſtum.

De Luxuria tertio capitali peccato.

Luxuria vnde dicatur.

Luxuria dupliciter ſumi poteſt.

LVxuria ſecundum Iſidorum in lib. Etymol.dicitur quaſi ſolutio in uoluptates.Et quia uoluptas eſt quidam appetitus libidinoſus, circa omnia amabilia,& delectabilia,ita Luxuria ſumi poteſt generaliter pro omni amore uoluptuoſo,inordinato.

Lucifer quō peccauit.

Peccato luxuria,et auaritia.

In hoc ſenſu dicit Scotus,Luciferū peccaſſe peccato luxuriæ, amauit enim ſe amore concupiſcentiæ;ideo ſibi beatitudinem nimis libidinoſè,& ardenter appetijt. Sicut etiam D.Thom.prima parte, quæſtio.63. artic.2. in reſpon.ad quartum,dicit peccaſſe etiam peccato auaritiæ, prout auaritia ſumitur generaliter,

Digitized by Google

raliter, pro immoderata cupiditate habendi quodcunque bonum creatum, fuit enim nimis cupidus in appetendo illam, quod idem eſt. Sed propriè loquendo Luxuria importat quendam amorem concupiſcentiæ, circa voluptates veneras, quibus animus libenter diſſoluitur. Et quamuis actus venereus in ſe conſideratus ſit naturalis; imò neceſſarius, pro conſeruatione ſpeciei, ſicut alimentum pro conſeruatione indiuidui; tamen in homine, qui vtitur ratione, quoties fiet contra rationis ordinem, erit peccatum mortale, tunc autem erit contra ordinem rationis, quando illo actu homo vtitur non ſecundum finem, ad quem ordinatur à natura, & ab auctore naturę, ac etiam modo debito, & cõuenienti. Finis eſt procreatio prolis: Vnde per hoc, quod dicitur ſecundum finem, ad quem ordinatur excluditur omnis actus venereus, & carnalis qui fit extra intẽtionem procreandi filios, aut ex quo impeditur procreatio filiorum, modus debitus & conueniens eſt, ut homo vtatur ſua vxore, prout inſtitutum matrimonium fuit à Deo, in principio mundi, in officium naturæ, & à Chriſto in ſacramentum, id quod dicitur Matrimonium. Vnde per hoc excluditur omnis fornicatio, cum non ſua vxore, quamuis ſit actus naturalis, & ad prolis procreandæ finem intenta. Et quot ſunt deformitates circa finem & modum vtendi hoc actu venereo, tot erunt ſpecies Luxuriæ diſtinctæ.

Venereus actus ad quid à natura ordinatus ſit.

Matrimoniũ à Deo in officium naturæ, & à Chriſto in ſacramentum inſtitutũ fuit.

Hinc colliguntur iſtæ ſpecies, ſcilicet, prima dicitur ſimplex fornicatio, quę conſiſtit in concubitu inter maſculum & fœminam, qui ſunt ſoluti. Dicitur (ſimplex) quamuis enim omnis concubitus vagus, qui extra matrimonium fit, fornicatio dicatur, tamen pro iſta prima ſpecie intelligitur illa, quæ ſimpliciter fit, ideſt, ſoluta ab omnia alia deformitate, quæ huic actui adiungi poteſt. Vnde per ſolutum, & ſolutam, inter quos committitur ſimplex fornicatio intelliguntur, non ſolum, qui ſoluti ſunt à matrimonii vinculo, ſed etiã ab omni alio vinculo, ſcilicet, à conſanguinitate, affinitate, voto, religione, & ordine ſacro, nam Clericus in ſacris conſtitutus commiſcens ſe, etiam cum meretrice, non committit ſimplicem fornicationem, ſed ſacrilegium, & reſpectu ſui. denique ab infidelitate, non enim dicetur ſimplex fornicatio concubitus cum non baptizata.

Species luxuriæ fornicatio ſimplex.

Secunda. Dicitur adulterium, quod eſt alieni thori uiolato, ideo enim dicitur adulterium quaſi ad alienum thorum acceſſio. 31. q. 1. §. cũ ergo, & eſt quadruplex, ſcilicet, coniugati cum ſoluta, vel ſoluti cũ coniugata, vel tertio quando ambo ſunt coniugati, & hoc eſt grauius, violatur enim fides ſui coniugis, & committitur iniuſtitia, abutendo re proximi ſui. Vnde Leo Papa dicit: Adulterium committitur cum propriç libidinis inſtinctu, vel alieno conſenſu, cum altero, uel altera, contra pactũ coniugale fit concubitus; quarto ad adulterium reduci poteſt concubitus cum Religioſa, nam illa in profeſſione ſua, & multo magis in ſacratione effecta eſt ſponſa Chriſti ſpiritualis, per dedicationem virginitatis, quamuis magis propriè hanc reponũt in ſpecie ſacrilegii, verum omnis virgo, quę per votum ſimplex ſuam virginitatem Deo dicauit, vt B. Agnes, Chriſti ſponſa dici poteſt, cuius thorum violando, tanto peior adultera dicitur, quanto ſponſus pręſtantior eſt, cui fidem frangit.

56 *Adulterium quadruplex.*

Et de vidua quid dicendum? Dico ſi conſideratur in ſua viduitate abſolute, ſoluta eſt, dicente Paulo ad Corinthios primo. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, cui vult nubat. Et ad Rom, 1. Igitur viuente viro, uocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri ſui, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. De quibus, ſic viuentibus, ad Thimotheum c. 5. ſic ait, quæ in delitiis eſt viuens, mortua eſt, & quamuis ſecundum D. T. 2. 2. q. 152. ar. 3. ad arg. peccatum luxuriæ in vidua ſit grauius, quam

Vidua in qua ſpecie ponatur.

Digitized by Google

in meretrice,etiam occulta, tamen ut ſic non exit à ſpecie fornicationis ſimplici. Si autem uidua promiſit Deo ſeruare continentiam, ſeruat ueram viduitatem, quæ eſt virtus ſpecialis, cui dari ſolet velum nigrum,in ſignum ſeruandæ continentiæ.27.q.1.De qua Paulus, ſcribens ad Timotheum, quo ſupra dicit: Viduas honora,quæ verè uiduæ ſunt:peccatum tunc ſuum reducitur ad ſpeciem adulterij. Tertia dicitur inceſtus, quando non obſeruatur in concubitu honor, & decentia conſanguinitatis,& affinitatis. Vnde commiſtio talium perſonarum,non ſolum prohibetur lege Diuina,iuxta illud Leuitici.c.18. Mater tua eſt,non reuelabis turpitudinē eius,ſed iure humano,apud gentiles obſeruabatur hæc reuerentia,refert enim Valerius Maximus, quod apud antiquos,fas non erat, vt pater ſimul cum filia balnearet, ne ſeipſos nudos conſpicerent. Imò natura hæc abhorret. Vnde Philoſophus in lib.8. de Animalibus dicit,quòd quidam equus deceptus,ut matri commiſceretur,ſe ipſum præcipitauit,quaſi præ horrore; ex quo concludit, quod etiam aliquibus animalibus ineſt naturalis reuerentia ad parentes. Quanto reprehēdendi ſunt ergo homines,qui rationis uſu ducuntur,& multo magis Chriſtiani illuminati? Ideo malum exitum habent matrimonia inter conſanguineos,& affines,eo quod malè, ideſt ſubreptitię diſpenſati ſunt, & multo magis commiſtiones fornicariæ,inter huiuſmodi perſonas,ex quibus oriuntur impedimenta matrimoniorum, quæ impedimenta, cum ſint occulta ob uerecundiam ſilentur, dum matrimonia celebrantur in perniciem animarum. Et quantum ad conſanguinitatem,quæ ex propagatione naturaliter ortum habet, nullū latet,ſed quantum ad affinitatem,dubium eſt,eo quod affinitas non contrahitur,ex omni miſtione carnali.

Inceſtus.

Inceſtus etiā gentiles fugiebant.

Natura abhorret inceſtū

18 Pro qua re eſt notandum,quantum ad noſtrum propoſitum ſpectat,ut ſciamus,qui ſint inceſtuoſi,ex parte affinitatis.Primo actus Sodomiticus nō inducit affinitatem. Abuſus mulieris,extra uas debitum, non inducit uinculum affinitatis;imò actus uenereus, circa uas naturale,quo impedit, ne fiat generatio,non facit affines: imò fortius,qui virginem deflorarét, & clauſtra pudoris inuaderet,& poſtea intus non ſeminaret, per hoc nō contraheret affinitatem. 35.q.2.c Extraordinaria. Et gl.ibi,nec audienda eſt,quantū ad actum ſodomiticum,tum quia non probat,tum quia nō reſolutè loquitur.In quo ergo actu præciſè contrahitur? Diuus Th.in 4.ſent.diſt.41.q.1 art.1. quæſtiuncula 1. Innocen.in cap.Fraternitati.Petrus de Palude & omnes Doctores dicunt, quòd contrahitur ex carnali copula, tam matrimoniali,quam fornicaria, quando fit ſeminatio in loco debito,& generationi apto,per ſeminū commiſtionem,vnde in illa commiſtione ſeminum, ſeu ſanguinum, ſic contracta efficiuntur uir, & mulier una caro,ideo dicitur,in matrimonio,erunt duo in carne una, ſcilicet conſummato. Hinc, propter talem affinitatem, conſanguinei coniugum efficiuntur affines coniugis ſui propinqui, ſcilicet eundem gradum affinitatis ſortiuntur,cum marito ſuæ conſanguineæ, quem gradum conſanguinitatis habent cum ipſa conſanguinea,& econtra conſanguinei mariti,cum eius uxore, eandem affinitatem contrahunt, per eum itaque ſoror mariti,per conſanguinitatem,efficitur ſoror uxoris eius,per affinitatem, quæ dicitur cognata,non tamen conſanguinei coniugum adinuicem contrahunt affinitatem aliquam, ſcilicet conſanguinei mariti cum conſanguineis vxoris,unde frater mariti poteſt accipere ſibi in uxorem ſororem uxoris, & econtra.

Affinitas ex quo actu carnali contrahatur.

Affines, qui propriè dicantur.

Sed dubium eſt, an requiritur neceſſario ad affinitatem contrahendam quod ambo ſpermatizent, an ſufficiat una perſona tantum? Dicitur indubiè, ſi mulier ſeminauerit, & uir non, affinitatem non contrahit,quamuis clauſtra pudoris intrauerit, ut accidit frigidis, uel ijs qui timent, ne uxor impræ-

Dubium pulchrū ſubtile. Quomodo contrahatur affinitas.

impræġnetur, ſeminant extra uas. uerum ſi una uice tantum intra ſeminauërint, ſufficit ad contrahendam affinitatem, & matrimonium conſummandum, ſi autem uir intra ſeminauerit, & mulier non, Panormitanus, Syluester uerbo matrimonium, 8. §. 15. Petrus de Palude, & Federicus conſil. 290. dicunt, quod contrahunt, & matrimonium dicitur conſummatum, quia credunt fœminam poſſe concipere, ex ſola ſeminatione uiri, quamuis ipſa non ſeminet. Sed Innoc & Hoſtienſis in Summa, & alii dicunt, quòd non; Sed credo, eorum differentiam naſci ex uarietate intelligendi, quid fęmina in generatione miniſtret, ſi ſeminet, an non: ideo omiſſa illa quæſtione, inter Doctores, an fęmina concurrat paſſiuè tantum ad generationem, vt vult Ariſtoteles, an actiuè, vt ſenſit Galenus, vnum pro certo habetur, quòd fœmina aliquid miniſtrat quod cum ſemine viri concurrit ad generationem, & formationem embrionis, qui poſtea organizatus, fit homo, ſiue illud ſit ſemen, quod habeat aliquid actiuitatis, minus tamen principaliter, quam hominis ſemen, & aliquid materialitatis, ſiue ſit ſanguis menſtruus, vt aiunt, loco ſeminis, ſiue aliquid aliud à natura præparatum, ad humanam generationem aptum, quod ſe teneat ex parte materiæ, vt vult alia opinio; dico (aptum) ſufficit enim, quòd ex illo, vna cum ſemine viri in vnum collato, ad locum prolis procreandæ, ſint apta nata generare, quamuis non ſemper generent, vel propter indiſpoſitionem vel loci, ideſt matricis, vel ſeminis viri, vel mulieris, quidquid ſit illud.

Panorm. Syl-ueſt. Petrus, Feder. Innoc. Hoſtienſ. & alij Auctor.

Fœmina quid miniſtret in generatione.

Vnde ſi fœmina, coeundo nihil emittit: non dicetur conſummaſſe, & affinitatem contraxiſſe: quod accidere poteſt dum homo, propter nimiam renum caliditatem, vel aliud, cum attingit vas ſtatim ſeminat, antequam mulier, per ſpiritus miſſionem in membrum genitale tumorem, & delectationem cauſantium, aliquid in illo coitu coagat, coire namque eſt ſimul ire, ideſt ambo conferre id, quod ad formationem fœtus requiritur. Vnde falſum eſt, quod dicit Sylueſt. loco ſupra citato, ſcilicet quod quomodocunque ſemen viri intrauerit clauſtra pudoris affinitas contracta ſit, & magis à veritate aliena ſunt exẽpla, quæ adducit de balneis, & Dæmone incubo, dicens, quod ſi fœmina in balneo per vuluam abſorberet ſemen iuuenis ſeminatum in aquam balnealẽ, conciperet, ſicut quãdoque concipit per ſemen hominis, aliunde aſportatum, per Dæmonem incubum, & immiſſum in vterum matricis, hoc enim eſt contra Philoſophiam.

Quare fœmina nõ ſemper generet.

Coire unde dicatur.

Dæmon incubus.

Auerroes namq; in libro de Gener. Anim. dicit, quòd homo habens membrum longum, difficulter generat: nam dum ſemen defertur per virgam, in illa mora, eius caliditas aliquantulum reſoluitur, ita, vt non ſit amplius ad generationem aptum, quanto magis erit reſolutum, dum eſt emiſſum in aquam?

Auerroes.

Idem dicendum, dum aſportatur per Dęmonem à longinquo. Et eſto, quod ſit uerum, quod attribuitur Dęmoni incubo ab aliquibus (ego autẽ nunquam tale in auctore authentico legi, niſi quod Aug. 15. de ciuit. Dei aſſerit, ſe audiuiſſe à uiris expertis, Dęmones ſępe concubuiſſe cũ mulieribus, ſed quod per illos cõcubitus genuerint, non eſt certum, & D. Th. de hoc loquitur ſub dubio, in prima parte, q. 51. art. 3. in reſpon. ad ſextum argum.) tamen hoc non fieret ſine ſeminatione mulieris. Dęmon namque accipiens corpus aereum, per aeris condenſationem formatum, & figuratum, ut homo agit concubitum cum muliere, qui modus dicitur incubus, & formans corpus mulieris, agit cũ uiro, & in hoc dicitur ſubcubus, quo actu excitat ſpiritus uenereos mẽbri genitalis mulieris, & cum illa delectatione, & imaginatione, mulier, putans ſe agere cũ homine, emittit ſemen, de quo ſupra dictũ eſt, & in illa emiſſione, Dęmon accipit ſemen uiri, cui eſt ſubcubus, & immittit in uterum mulieris, ex qua miſtione

Dæmonis incubi ueritas.

Dæmõ quomodo appareat in forma humana.

Incubus & ſubcubus quid ſint.

Digitized by Google

ſtitione mulier concipit,vt aiunt,& dicunt eſſe filium dæmonis,quod in ueritate non eſt;ſed ſi tale eſt,erit filius hominis illius,cuius ſemen acceptum eſt. Hinc ſequitur generationem non fieri ſine ſemine emiſſo, ſeu materia miniſtrata à muliere. Cōcluditur ergo affinitatē contrahi in ſpermatizatione vtriuſque,& non hominis tantum.

Quæſtiones deducta.

Ex hac declaratione deducuntur multæ concluſiones. prima eſt, ſi antequā vir conſummauerit Matrimonium,vxor eius moreretur, cognoſcendo cognatam,non eſſet inceſtuoſus, quia iam non erat contracta affinitas, quāuis eam in vxorem ducere non poſſet,propter impedimentū publicæ honeſtatis. Idem dicendum,ſi eam cognouerit modo ſiniſtro,aut intra non ſeminauerit; vt ſupra dictum eſt. Item,ſi conſummato matrimonio & contracta affinitate, abutatur cognata extra vas, peccatum hoc non dicetur inceſtum, ſed contra naturam. Item,ſi vir contractis ſponſalibus de futuro cognoſcendo vxorem, antequam eam deſponſaret,non ſeminaret, vt ſupra, poſſet mortua ipſa ducere ſororem eius,quantum eſt de ſe,dico hoc, quia in foro exteriori aliud iudicaretur,quando eam tetigiſſe ſciretur. Item qui cognouerit mulierem fornicariè extra vas,vel etiam intra vas, & ibi non ſeminauerit, poſſet ducere eius ſororem,& eius frater eam deſponſare,ſine ſcrupulo,poſſet.

Dubium inceſtus vſque ad quem gradum pertingat.

Sed quæritur vſque ad quem gradum fornicatio hęc inceſtus diceretur? Hoſtienſis in Summa reſpondet, vſque ad illum,in quo opus eſſet diſpenſatione, ſi in matrimonium illam ducere vellet, ſcilicet ad quartum vſque, incluſiuè, computando primum à fratribus,& ſororibus,vt ex decreto ſacri Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III.cap.Non debet,de conſanguinitate,& affinitate eſt uidere;& ſecundum quam normam computantur gradus conſanguinitatis, ſecundum eandem computantur affinitatis gradus, ideſt quo gradu conſanguinitatis Petrus diſtat à Marcello,eodem gradu affinitatis diſtat à Marcelli vxore, & è conuerſo. Vnde qui fornicariè cognoſceret aliquam mulierem, etiam de ſua progenie,quæ diſtaret à ſe,in quinto, vel ſexto gradu, non diceretur inceſtus, quia ſi in matrimonium eam ducere vellet, non opus eſſet diſpenſatione,& ſi diſtaret in quarto ex una parte, & in quinto ex alia, neque eſſet inceſtus,in hoc enim non opus eſt diſpenſatione,nam cap.vltimo,de con ſang.& affinit.dicitur, ſemper ſtandum eſſe remotiori perſonæ. Qui cognoſceret meretricem,cognitam à ſuo propinquo, inceſtuoſus eſſet, ſed vſque ad quem gradum?

Inceſtus actu fornicario vſque ad ſecundum gradū.

Dico quod gradus affinitatis, contractæ per actum fornicarium extenditur vſque ad ſecundum incluſiuè, vt per ſacrum Concilium Tridentinum Seſſ. 24.cap.4.de reformatione decretum eſt. Et ſicut variantur leges, & ſtatuta Conciliorum circa huiuſmodi gradus prohibitionum, ita & ratio, committendi inceſtum, uariabitur, ait D. Thom.2.2.q.154. artic.9.ad tertiam. poteſt enim Eccleſia, propter inſtantem neceſſitatem,& temporum decentiam, huiuſmodi prohibitiones pro celebrandis matrimonijs, ampliare,& reſtringere, vt melius videbitur, ut bene probat Sotus in 4.ſentent.diſtinct.40. quæſt.unica,artic.5.

Inceſtus per cognationem ſpiritualem.

Committitur quoque inceſtus inter eos, qui cognationem ſpiritualem con traxerunt;ad aliam enim ſpeciem,niſi ad iſtam,reduci non poſſunt.

Dubium.

59

Cognatio ſpiritualis per quid contrahatur.

Sed quæritur per quod contrahitur hęc cognatio? Reſpondetur,per duo ſacramenta tantum,ſcilicet, Baptiſmum,& Confirmationem, per hæc namque duo,fit cognatio ſpiritualis,nam mediante Baptiſmo, renaſcitur homo in vitam ſpiritualem,per fidem,& tale eſſe in Eccleſia accipit, per confirmationem autem,ſuſcipit fides augmentū,datur enim ad robur, vt publicè fidem defendat; ideo qui talia operantur,circa ſuſcipientes hęc ſacramenta, contrahunt

pater-

Digitized by Google

paternitatem quandam ſpiritualem inſtar paternitatis carnalis, circa carnalem filiorum generationem. Ideo Eccleſia, ob talem reuerentiam inſtituit, ut talis cognatio Matrimonium impediat, & ſi poſt eam contractam attentatum fuerit, dirimat. Dico (poſt eam contractam) nam ſi aduenit poſt matrimonium, puta dum pater filium in caſu neceſſitatis, uel ex iuſta ignorantia baptizaret, id non dirimeret, ubi autem pater hoc faceret, ſine neceſſitate, vel ex culpabili ignorantia tunc ius petendi debitum amitteret. De cognatione ſpirituali, c. ſi uir. Dixi (Eccleſiæ inſtituto) nam impedimētum hoc non habet fundamentum in natura, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ, ad ſignificandum quod dictum eſt: ideo ſic illam definiunt. Cognatio ſpiritualis eſt propinquitas quædam perſonarum, ex collatione ſacramēti, uel tentione, ex ſtatuto Eccleſiæ, proueniens. *Cognatio ſpiritualis impedit matrimonium ſtatuto eccleſia.* *Cognatio ſpiritualis quid ſit.*

De hoc extant plures Canones, ut eſt uidere 30. q. 1. De cognatione ſpirituali, tam infra, quam extra. Sed quid dicendum de ſacramento pœnitentię? non ne ibi contrahitur quædam filiatio ſpiritualis cum pœnitente? Et uidetur quod ſic: dicit enim Symmachus Papa. Omnes, quos in pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filij, & ipſi quos, vel nobis ſuſpicientibus, vel ſub trinæ merſionis uocabulo mergentibus, vnda ſacri Baptiſmatis regenerauit.

Reſpondet Sotus in quarto diſt. 42. q. 1. art. 1. quod pęnitentes non dicuntur filij ſacerdotis, ea ratione, qua in ſacramento Baptiſmi, per regenerationem; quam ſignificat, vt dictum eſt; ſed per doctrinam, & monita, ac ſacramenti adminiſtrationem, circa illos, vnde gloſ. in c. Omnes, 30. q. 1. dicit ſimilitudinem non eſſe omnimodam; ſed quo ad ſacerdotem tantum; ob cuius rei reuerentiam, prædictus Pontifex ſtatuit, vt qui cum filia pœnitente ſe commiſceret, graue ſacrilegium committeret, ut ab eo ſcelere cauerent ſacerdotes, ut eſt videre in dicto cap. Omnes, & ſequenti. *Sacramētum pœnitētia nō inducit impedimentum.*

Sed quæritur ulterius, in quo actu celebrationis ſacramenti hæc cognatio ſpiritualis cōtrahitur? R̄ndetur, in Catechiſmo, & Exorciſmo non cōtrahitur, vnde ſi puer propter mortis periculum, domi Baptiſmum ſuſcepiſſet, & poſtea in Eccleſia alias cæremonias ſacerdos ſuppleret: non per hoc contraheret talem cognationem, quæ ſufficiens ſit ad dirimendum matrimonium, ſi attentatum fuerit, impediret tamen faciendum, cap. contracto matrimonio, de cognatione ſpirituali, & cap. Per Catechiſmum, eodem titulo in 6. quamuis Glo. in dicto cap. contracto. cum aliquibus Doctoribus uelit, quod dirimit etiam faciendum; quod Nau. c. 22. num. 72. non approbat, nec D. Thom. in 4. cuius ratio eſt, quod Catechiſmus non eſt propriè ſacramentum, vt iſti falsò atteſtantur; ſed potius diſpoſitio ad ſacramentum, vnde ſicut per ſponſalia, quæ antecedunt matrimonium, non contrahitur affinitas, ſed quoddam impedimentum honeſtatis, ita & per Catechiſmum. Qui infantem aſſociat ſolum in Eccleſiam, aut dum baptizatur præſens eſt; aut Reſpondet Sacerdoti, aut ipſum tenet, dum omnes ceremoniæ fiunt, aut dum chriſma apponitur, & nondum infunditur aqua à ſacerdote ſuper caput pueri, non contrahit ſpiritualem cognationem, neque obſtetrix, quę infantem præparat, & veſtit, conducit, & omnia alia facit, efficitur commater vnde falsò vulgus illam commatrem appellat, niſi infantem à fonte leuaret, aut domi ipſum baptizare. Sed ille tantum uerus patrinus, & compater efficitur, qui dum ſacerdos infantem aſpergit, tenet, eum accipit à manibus ſacerdotis, dum illum immergit, ſiue ſit vnus, vel una, ſiue vnus & una. nam plures eſſe nō poſſunt, ut ſtatutum eſt à ſacro Concilio Trid. Seſſ. 24. c. 2. de reformatione. Pręter autem iſtos deſtinatos, alij non contrahunt affinitatem *60 Dubium. Cognatio ſpiritualis in quo actu ſacramenti cōtrahatur.* *Vulgus falsò uocat obſtetrices cōmatres.*

ſpiritua-

Digitized by Google

ſpiritualem. Nec ſufficit ad contrahendam affinitatem ſpiritualem, poſtquam infans aſperſus, vel immerſus eſt, & à fonte leuatus ipſum puerum, aut eius veſtes, aut auriculam tangere, ut in aliquibus prouincijs mos erat, ante Concilij determinationem, ſed ſi erunt plures compatres, neceſſe eſt puerum ſimul tangere, ſeu ut melius dicamus tenere, dum aqua aſpergitur; in hoc ſufficit, vt alter manum porrigat, ſiue puerum, aut eius ueſtes tangat, ſiue linteum, aut diſcum argenteum, vbi tenetur, honoris gratia, quando aſpergitur: Et hoc modo eſt intelligendus Sylu. Verbo. Matrimonium, 8. §. 7. dubio. 13. & alij Doctores, ut bene Sotus in 4. ſenten. diſtinctio. 42. quæſtio. 1. artic. 2. notat. Quæ perſonæ hanc ſpiritualem affinitatem contrahunt? Dico hoc eſſe definitum à ſacro Concilio Trid. vbi ſupra, ſcilicet ſacerdos baptizans, & vir, ſeu mulier, aut ambo ſimul, vt dictum eſt, tenentes puerum in fonte contrahunt ſpiritualem cognationem cum baptizato & eius patre, & matre tantum. Et ſi puer baptizatus eſſet domi ab obſtetrice, & propter dubium rebaptizaretur in Eccleſia, etiam ſub conditione, tales non contraherent: quia ſecundum non eſt ſacramentum, niſi poſtea conſtaret primum non fuiſſe ualidum, quæ omnia animaduertere debent Parochi, ne impedimentum ponant vbi verè non eſt. Et quod dicitur de Baptiſmo, intelligendum eſt etiam de Confirmatione, ita, ut ſi aliquis iſtorum cum filijs, aut fratribus, ſeu ſororibus matrimonium contraheret, validum eſſet. Item ſi eoſdem, ſeu eaſdem fornicariè cognoſceret, inceſtus non eſſet, & hæc de inceſtu.

Perſonæ quæ affinitatē ſpiritualem contrahant.

Aduertant Parochi.

61 *Sacrilegium.*

Quarta ſpecies dicitur Sacrilegium, quando fornicatio exercetur contra debitum Religionis, id eſt cum perſona ſacrata, nam illa obſeruantia caſtitatis, ad cultum Dei ordinata, eſt actus Religionis, tam in maſculo, quam in fœmina. Vnde non minus ſacrilegium eſt, mulierem miſceri cum clerico in ſacris, aut Religioſo, quam laicum cum Religioſa, & ſi ambo ſunt Religioſi, multo grauius, omnis enim actus moralis à fine ſpeciem ſumit. Cum autem ſacrilegium ſit triplex, ſecundum triplicem rationem ſanctitatis inuentæ in rebus, ſcilicet uel ſecundum rationem locorum, vel perſonarum, vel rerum ſacratarum, triplici etiam ratione peccata ſpeciem ſacrilegij ſortiri poſſunt. Quomodo autem committatur ſacrilegium, quantum ad res ſacras, & loca ſacra, in cap. de circunſtantiis dicemus: quantum uerò ad perſonas, dico duobus modis ſumi poſſe, primo materialiter, & hoc modo omne peccatum mortale perſonę ſacræ, quaſi per accidens, ſacrilegium dici poteſt, ſecundo formaliter, & propriè, & hoc modo ſacrilegium dicitur, quando ſit contra perſonæ ſanctitatem ſiue fiat in ſe ipſo, ſiue in alio, puta, cum uirgo Deo dicauerit ſuam virginitatem, fornicetur, illa fornicatio dicetur ſpecies ſacrilegij, per illum namque violatur aliquid, quod pertinet ad cultum Diuinum. vnde à fine denominationem ſumit; Sacrilegium namque eſt ſacræ rei violatio. Gloſſ. in cap. ſacrilegium. 17. quæſtio 4. Poteſt autem actus iſte, cum alijs Luxuriæ ſpeciebus concurrere, ſi enim perſona illa ſacrata, qua aliquis abutitur, fuerit ſibi aliqua cognatione coniuncta, dicetur ſacrilegium, per modum inceſtus, inquantum autem erit virgo Deo ſacrata, & Chriſti ſponſa effecta, dicetur ſacrilegium, per modum adulterij, inquantum verò manet ſub cura ſpiritualis patris, in ſeptis monaſterij, erit quoddam ſpirituale ſtuprum; et ſi inde raperetur, eſſet ſpiritualis raptus, & tanto grauius peccatum, quanto plures haberet deformitates, quæ omnes ſunt circunſtantiæ mutantes ſpeciem; de quibus infra. Quod peccatum etiam per leges ciuiles grauius punitur. Vnde Iuſtinianus Imperator ait: Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo, matrimo-

Sacrilegium triplex.

Sacrilegium quid ſit.

Pœna ſacrilegij.

Digitized by Google

fiij coniungendi cauſa, ſacratiſſimas Virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.

Quinta ſpecies dicitur ſtuprum, & eſt dum Virgo defloratur, quod cum tripliciter fieri poſſit, in tres ſpecies diuiditur, ſcilicet, ſi fit cum voluntate virginis, tunc dicitur ſimplex defloratio; ſi contra eius voluntatem, tunc dicitur violentia, & ſi è domo raperetur, etiam cum intentione ducendi illam in vxorem, dicitur Raptus, de quibus infra in materia de circunſtantijs latius loquemur. Hæ duæ ſpecies, ſcilicet Violentia, & Raptus, extenduntur etiam ad non virgines. cap. Raptores, 36 quæſt. 2. Vnde ſi quis etiam meretrici uiolentiam inferret, vt uiolentator puniretur, etiam per leges Ciuiles, quæ eas permittiunt. *Stuprum ſit Triplicitèr.*

Sexta ſpecies eſt peccatum contra naturam, quod cum habeat diuerſas deformitates, tum ſecundum diuerſos modos coeundi, tum ratione ſexus, tum etiam ratione ſpeciei, diuerſas ſortitur ſpecies; de quibus copioſè loquemur in materia de circunſtantijs Et omnia illa ſunt peccata mortalia. 63 *Peccatum cōtra naturam.*

Sed dubitatur an pollutio nocturna, id eſt quæ fit in ſomno, ſit peccatū mortale? & videtur, quòd ſic, nam illa fit contra finem, ad quem ordinatur talis ſeminatio, iuxta illud: Maledictus homo, qui ſeminanerit in terram. 64 *Dubium. De pollutione nocturna.*

Ad hoc dicitur, quòd peccatum, intantum eſt peccatum, inquantum eſt uoluntarium, & cum rationis iudicio, teſte Auguſtino. Aliquod eſſe uoluntarium, dupliciter intelligi poteſt, aut in ſe, aut in ſua cauſa. Pollutio nocturna non poteſt dici uoluntaria in ſe; dum enim homo dormit non habet liberum rationis iudicium, quia uires interiores, propter turbulentiam vaporum opprimuntur à ſomno: ideo quidquid agit homo in ſomnis, non imputatur ei, niſi ſomno vtatur ut inſtrumento malitioſæ voluntatis, ordinantis ſomnium, vt polluatur, quod accidit, dum homo ex induſtria incipit dormire ſuper renibus, vel quouis alio ſitu, ut poſſit prouocari pollutio in ſomno: tūc, quia eſt procurata in vigilia, dicitur uoluntaria elicitiuè, quamuis executiuè in ſomno conſumetur; & conſequenter eſt peccatum mortale, etiam ſi hoc deſideretur propter naturæ alleuiationem; nam, etſi finis deſideratus eſt bonus, non tamen procurari debet per media mala: ſi autem patiens aliquas fiſtulas, aut aliud malum, propter retentionem ſeminis, deſideraret pollutionem nocturnam propter corporis ſanitatem; dummodo illam non procuraret aliquo modo, ſed tantum eam expectaret à natura, non peccaret mortaliter, ait Diuus Antoninus: deſiderium namque non fertur in pollutionem abſolutè, ſed in ſanitatem, quod eſt bonum in ſe, nec illa deſideratur, vt eſt mala in ſe, aut in ſua cauſa, ſed vt actus naturalis: & ut ſic medium ſuæ ſanitatis, ſcilicet, ſi quando à natura eueniret, complaceret; non in eius delectatione, ſed in bono, quod ex illa cauſaretur, & ſicut complacentia de pollutione præterita, ob finem ſanitatis, quando nulla præceſſit cauſa culpabilis, non eſt peccatum: eodem pacto deſiderium de futura, ob eundem finem, ſine procurante illam, peccatum non erit. Ex hoc ſequitur, quòd deſiderium pollutionis nocturnæ à patiente carnis tentationem, ut per eam ſedaretur, nec etiam eſt peccatum, puta aliquis ex ſanguinis ebullitione, & ſuperfluitate, & renum caliditate patitur multos carnis inſultus, ita quod, ſi pollueretur, illa ebullitio tranſiret, tale deſiderium non eſt peccatum, imò eſt actus virtutis, dummodo illam non excitet, ſed à natura expectet. Item pollutio in vigilia, ex infirmitate cauſata, non eſt peccatum, ut accidit patienti ſanguinis fluxum. Item ſi fiet ex tactu alterius uiolento, ut contingeret ei, qui per tactum membrorum ad peccandum traheretur, uel aliàs excitaretur, dummodo non conſentiat in illa delectatione. Idem ſi cauſaretur ex cogitatione, & contemplatione

Peccatum eſt quid voluntarium, aut in ſe, aut in ſua cauſa.

Pollutionem nocturnā deſiderare quando non eſt peccatum.

Digitized by Google

platione alicuius operis, ex qua inſurgeret motus libidinoſus, quando tamen opus illud relinquere non tenetur, vt accidere poteſt confeſſori, audienti in cõfeſſione huiuſmodi peccata, lectori ſtudenti, & huiuſmodi materijs operam danti, pro lectione, diſputatione, aut medicatione, dummodo non conſentiãt. Et ſi non poſſent huiuſmodi pollutiones pati, ſine conſenſu voluntatis in illa delectatione, vel propter habitum malum, aut malam qualitatem, ad id inclinantes, quid agendum? tenẽtur abſtinere, & huiuſmodi exercitia poſtponere ait Nauar. c. 16. nu. 7. Et quamuis voluntas non conſentiat, nec illam velit: non tamen poteſt fieri, quin delectatio ſentiatur, & mens diſtrahatur, ita, vt, quandoque ſuæ operationi attenta eſſe non poſſit, eſſet ne per hoc delectatio illa peccatum? Dicitur quòd non, delectatio namque in ſenſu exteriori, qui eſt tactus, quantumcunque ſit, eſt naturalis, & ſine peccato, ſed intantum peccatum eſſe poteſt, inquantum eſt mala circunſtantia, vt ſupra dictum eſt, & ab appetitu interiori affectata, vel acceptata. Nec quia vſus impeditur, vt non poſſit ſpiritualia conſiderare, in illo actu delectationis dicendum eſt, delectationem eſſe peccatum.

Delectatio in ſenſu exteriori tactus non eſt peccatum.

Sed contra, ſenſus exteriores, & inferiores potentiæ, naturaliter obedire tenentur, ſed quòd nunc non obediant, eſt pœna primi peccati: ergo ſaltem illa delectatio, contra voluntatem, erit venalis, vt aliæ pœnalitates ſequentes peccatum originale? Reſpondeo, ſi primus homo conſideretur in puris naturalibus, vt compoſitus ex carne, & ſpiritu, nullam pacem ſenſus, & ratio apta nata erant habere, ſicut, vt compoſitus ex contrarijs qualitatibus, immortalis eſſe non poterat: ſed quia natura hominis, propter ſuam dignitatem, ſic exigebat, vt ſcilicet partes inferiores ſuperioribus obedirent, quod cum ab intrinſeco ſuæ naturæ fieri non poterat, donatum fuit ei ab extrinſeco: ideo inter alias rationes, data fuerunt ei dona gratuita, vt ratio & immortalitas, qui cum ſe Deo opponeret, per uoluntatem, ſenſit & in ſe ipſo hanc rebellionem, ut ſenſus ſe rationi opponerent, & qualitates elementales ad inuicem ſe deſtruerent. Vnde ſequitur, quòd quamuis inferiores potẽtias rationi non obedire, ſit pœna peccati, ſicut & mors, inquantum fuit ei ſubtractum illud, quod ſuæ naturæ conueniens erat, ob ſuam dignitatem: tamen motus illi, abſolutè conſiderati ſunt merè naturales, ſicut mors naturalis eſt, & tamen eſt pœna peccati. Nec dicta ſuperius, de motu appetitus concupiſcibilis, & iraſcibilis non præuento à uoluntate, eſſe peccatum, his, quę hic dicta ſunt, aduerſantur: nam hoc illis accidit, quatenus ſunt hominis, ideo delectatio conſequens apprehenſionem ſenſuum interiorum eſt uenialis, ſaltem, vt dictum eſt ibi, ſed delectatio, conſequens apprehenſionem ſenſuum exteriorum, eſt communis homini, & brutis, & eſt ita naturalis, vt rationi non obediat, ut etiam affirmat D Thom. prima ſecundæ, quæſt. 31. art. 7. & ideo in concupiſcentiam corporale non cadit peccatum: unde accidit quandoque, ait in eadem quæſt. art. 3. aliquem ſentire delectationem ſecundum corpus, de qua ſecundum rationem triſtitiam habebit.

Dubium.

Status primi hominis.

Hinc ſequitur, mulierem inuitam violatam, ſentiendo delectationem veneream, non peccare, quamuis non uociferetur, aut aliquo modo ſe defendat, ob uerecundiam, dummodo non ſe componat, aut ſe commodet, & animo non conſentiat.

Mulier inuita violata nõ peccat.

Pollutio igitur nocturna, quamuis in ſe uoluntaria eſſe nõ poſſit, ut dictum eſt, poteſt tamen eſſe uoluntaria in ſua cauſa: & hoc pluribus modis, prout plures cauſæ in ſomno illam inducere poſſunt. Quandoque cauſa pollutionis erit ſuperfluitas ſanguinis, in ſemen reſoluti, cauſata ex nimia corporis calefactione: & hoc ſi erit ex cauſa culpabili, puta ex ſuperfluitate cibi, & potus, de ſero ſum-

Pollutio voluntaria in ſua cauſa.

Digitized by Google

ro ſumpti, tunc pollutionis culpa erit mortalis, aut venialis, ſicut eius cauſa, ſcilicet ſi crapula, vel ebrietas fuit mortalis, aut venialis, de quibus infra: vel erit ex ſumptione cibi calidi, incitantis ad libidinem, ex propoſitò facta, tunc non eſt dubium, quòd ſit mortalis, quia ſic eſt elicita. Si autem reſolutio ſeminis non erit ex cauſa culpabili, nec intenta, nullo pacto erit peccatum. Quandoque pollutio nocturna poteſt eſſe, ex aliqua cogitatione, in phantaſia cauſata quod contingit multipliciter: vel ex præcedenti venereorum cogitatione, facta in vigilia, & hoc duobus modis, aut ſpeculatiuè, vt accidit doctori ſtudenti, uel legenti ſuper materia de adulterio, & ſimilibus, & tunc non erit peccatum, quia ſpeculatio illa non fuit peccatum: aut cum aliqua affectione concupiſcentiæ, & tunc erit peccatum, ſicut & cogitatio, venialis, ſi fuit imperfecta, & ſine conſenſu, mortalis, ſi fuit cum delectatione moroſa, de qua ſupra diximus, quia ex illa cogitatione in vigilia facta, remanet quoddam veſtigium, & inclinatio in anima, qua dormiens facilius inducitur, ad aſſentiendum actibus ſuæ imaginationis, ex quibus ſequitur pollutio: ita quòd ſicut ſe habuit voluntas in vigilia, circa cogitationes venereas, ita in ſomno ſe habere videtur. Vnde Philoſophus primo Ethico. ait: Inquantum paulatim pertranſeunt quidam motus à vigilantibus ad dormientes, meliora fiunt phantaſmata. Quandoque pollutio fit ex illuſione Dæmonis commouentis phantaſmata dormientis, ad talem actum prouocantia: poteſt enim Dæmon mouere phantaſmata ex ſenſibus appræhenſa, & in phantaſia reſeruata, & illa componere, puta memini me vidiſſe aurum, & montem ſeparatim; imaginabor montem aureum, & ſic de alijs: hinc quandoque ſomniamus rem agere cum tali, vel tali, in quam affectum non habuimus, in vigilia, & quandoque illam nunquam deſiderauimus, & tunc vel erit ſine peccato, ſed ſola Dæmonis nequitia, uel cum aliquo peccato ueniali, ſcilicet præcedenti negligentia: ideo Eccleſia, de ſero, canit contra illuſiones Dæmonum, *Procul recedant ſomnia, Et noctium phantaſmata, Hoſtemque noſtrum comprime, Ne polluantur corpora*; vel denique cum peccato mortali, quod tunc accidit, vel dum meminit de ſomnio præterito, & complacentiam quandam habet in eo, imò quandoque vellet fuiſſe in vigilia, quod ſomniauit, vel dum pollutio in ſomno incœpta, terminatur in uigilia, & uoluntas conſentit in illa, qui conſenſus ſi fit cum pleno iudicio, erit mortale, ſi autem cum ſemipleno, ut accidit ijs, qui quodammodo uigilant, & quodamodo dormiunt, uel ex ſurreptione actus, antequam ratio iudicet, erit ueniale. Et uniuerſaliter in omni euentu, ſicut erit cauſa præcedens, aut complacentia ſubſequens, ita erit peccatum ueniale, uel mortale. Sed quæritur ultra, an pollutio talis impediat celebrationem, aut communionem? Dicitur ſi cauſa præcedens, aut complacentia ſubſequens fuit mortalis, impedit omnino, ſecundum D. Thom. Richar. & Petrum de Palu. niſi contritio tanta eſſe poſſet, ut poſt eius confeſſione n liceret celebrare illo die, ait Nauar. quo ſupra. Nec obſtat dictum D. Th. in Quodlib. quòd abſtineri debeat per tres dies, nam illud dicitur de conſilio ob reuerentiam ſacramenti, unde legitur 2. Regum cap. 6. Oza fuiſſe à Domino percuſſum, eo quod tetigerat Arcam, quæ claudicabat, quæ ſignificabat hoc ſacramentum: rationem reddunt Doctores, quoniam nocte præterita, cum uxore ſteterat. item Exodi cap. 21. Dominus præcipit filijs Iſrael, ut dum deberent aſpicere nebulam in monte, in qua erat Deus, quæ hoc ſacramentum ſignificabat, à proprijs uxoribus, per tres dies abſtinerent. Si autem cauſa, ac eius ſubſequens complacentia fuit uenialis, ut dictum eſt, non impedit neceſſario, ita quòd non iudicium ſibi manducaret, & biberet, celebrando; ſed ex quadam congruentia abſtinendum eſſet, propter duo, ut aiunt, ſcilicet

Pollutio ex cibo, & potu nimio.

Pollutio ex calidis ſumptis.

Pollutio ex cogitatione præcedenti.

Pollutio ex illuſione Dæmonis.

Dubium.

Pollutio quando impediat celebrationẽ.

fœdita-

Digitized by Google

fœditatem corporalem, quæ ſemper euenit (niſi ob feſtum aliquod, aut neceſſitatem celebrare contingeret) vel propter mentis euagationem, vel turbationem, ex illa cogitatione reſultantem, vel ex ſenſuali delectatione, & tunc eſſet ueniale, celebrare: melius tamen eſſet abſtinere, ubi neceſſitas, obligatio, ſeu alia condecens cauſa non aderit: ſi verò nulla culpabilis cauſa præfuit, nec vlla turbatio ſubſecuta eſt, poteſt ad libitum abſtinere, ſi vult, fœditas enim illa corporalis, nihil, in id quod eſt ſpirituale, poteſt. Et de ſæculari volenti communicare, melius eſt communionem differre, vbi nulla concurrit neceſſitas, ob dictam cauſam, niſi tanta eſſet deuotio, aut præceptum vrgeret, aut propter alia licita negotia tempus differri non poſſet, aut denique pollutio frequens ex illuſione Dæmonis, ſine eius culpa cauſaretur, ut eum à communione retraheret, tunc non curandum. Dubitatur ſecundo, an oſcula, tactus, & amplexus ſint peccata mortalia? Reſpondetur, quòd huiuſmodi dupliciter conſiderari poſſunt, vel abſolutè, uel ut delectabilia ſunt. Abſolutè nihil inordinatum in ſe habent, ideo abſque omni culpa fieri poſſunt, in ſignum pacis, vel beneuolentiæ, ſecundum loci conſuetudinem, ut accidit mulieribus ſibi ob uiantib. amicis ſibi occurrentibus, conſanguineis, vel dum hæc fiunt pueris, & puellis. Si autem conſiderentur, vt ſunt delectabilia ſecundum tactum, adhuc dupliciter conſiderari poſſunt, vel ex ſeipſis, vt ſic delectabiliter operata; vel ex intentione operantis, vt dirigentis ea ad concubitum, & vt ſic eandem ſpeciem ſortientur, vt concubitus, ad quem actualiter ordinantur, ſcilicet, ſi concubitus eſt inter coniuges, & licitus, erunt licita, dico (inter coniuges) nam ſi deſiderarent ſe coniungere ante ſponſalia, non liceret, nec contactus pudendorum poſt ſponſalia, ante verba de præſenti, dico etiam (& licitus) vti enim huiuſmodi oſculis, & amplexibus, etiam cum vxore ad finem illicitum, eſſet peccatum, ſed an mortale? Dico quòd concubitus coniugatorum dupliciter illicitus eſſe poteſt, vt deſumitur ex D. Th. 2. 2. q. 154. art. 1. ſcilicet ratione materiæ indebitæ, & ratione indebitæ circunſtantiæ. Ratione materiæ tunc eſt, quando uir extra uas naturale ſeminat, ſiue hoc faciat in toto actu concubitus, ſiue in fine, ad impediendum generationem, vt facere ſolent, qui ex vxore liberos nolunt, ſi faciebant Iudæ filij, abutentes Thamar; uel quando ſe polluunt abſque concubitu; vel quando alter eorum eſt in publico adulterio, propter quod prohibetur ei debitum reddere, & reddendo illius turpitudinis patronus efficitur. cap. Sicut, 32. q. 1. quod intellige, ſi non vult pœnitere, ut Glo. ibi. Vnde qua ratione prohibetur eis huiuſmodi concubitus, prohibentur & oſcula, & amplexus, ad hæc ordinata: & quia tales actus ſunt peccata mortalia, quia contra finem matrimonij: ideo & hæc mortalia ſunt. Ratione circunſtantiæ tunc eſt, quando hæc fierent in loco ſacro, ſicut enim mortale eſſet cognoſcere uxorem in loco ſacro extra neceſſitatem, ita etiam uti huiuſmodi oſculis, & amplexibus, ſic irreuerenter, vel quando hæc fiunt, eo quòd eam amat nimis ardenter. c. Origo, 32. quæſt 4. Sed an hoc ſemper ſit mortale? Reſpondetur, quòd huiuſmodi actus ex fine ſpeciem dicunt, qui enim amat vxorem nimis ardenter, intendens tamen ſemper uti ea tanquam vxore, non peccat plus quam uenialiter, quia non exit limites matrimonij; qui autem ſic libidinosè eam amat, ut totum ſuum finem in illa delectatione ponat, deuiando à fine, ad quem matrimoniũ ordinatũ eſt, qui eſt procreatio filiorum, & concupiſcentiæ ſatisfactio, vt fornicatio euitetur, aut amat ita ardenter, ac ſi non eſſet ſua. Vnde ſi fortè alterius vxor eſſet, adhuc eam cognoſceret, tunc eam oſculando, & amplectendo hoc fine, mortaliter peccaret. Caiet. quo ſupra: & hoc modo intelligi debet Gl. in dicto cap. Origo. Si concubitus erit fornicarius, uel inceſtuoſus, ſic & ipſa

erunt.

De communicando.

65 *Dubium. Oſcula, & amplexus, q peccata ſint.*

Concubitus coniugatorum dupliciter poteſt eſſe illicitus.

Digitized by Google

erunt. Si autem conſiderentur ex ſe ipſis tantum, ſcilicet, ut homo delectetur in illis, non ordinando ea ad concubitum; ſint ne mortalia, dubium apparet, ex Martino de Magiſtris in lib. de Temperantia, cap. de Luxuria, q. 2. tenẽte partem negatiuam, ſed oppoſitum eſt verum, ex D. Tho. 2. 2. q. 154. artic. 4. & Caietano ibi: cuius rei ratio eſt, nã huiuſmodi oſcula, tactus, & amplexus, quatenus ſunt delectabilia, ſecundum ſe ſunt ordinata ad venerea, ideo enim natura in eis delectationem poſuit, quia ad hunc finem ea ordinauit, tanquam concubitum excitantia, ac etiam in animalibus manifeſtantur. Vnde cum de ſe ſint circunſtantiæ actus uenereorum, eandem deformitatem habebunt, ſi fiant, ſicut & actus quem circunſtarent, ſi ad conubitum actualiter ordinarentur. Vnde ſequitur, ſi homo oſcularetur, aut tangeret delectabiliter aliquam perſonam, etiam ſine intentione exercendi coitum cum illa, huiuſmodi oſcula, & tactus, ut ſic delectabilia, eandem ſpeciem peccati ſortirentur, ſicut & coitus cum tali perſona, ſi exerceretur. Signum huius veritatis eſt remorſus cõſciẽtiæ illius perſonæ vtentis talibus, vt actibus libidinoſis, ac etiam eorundẽ verecundia, ſi fierent in publico, quod non eſſet, ſi perſonę talibus vterentur, non vt delectabilia, & libidinoſa, ſed ſimpliciter. Vnde concluditur, ſicut delectatio moroſa de actu fornicario cogitato, intentione exequendi illum, eſt peccatum mortale, ita delectari in huiuſmodi oſculis, & tactibus, ſine intentione exercendi concubitum, ad quem per ſe ordinantur, ſunt peccata mortalia. Et ſicut erunt diuerſi delectationis cogitatu, de actibus venereis, ac perſonarum qualitates, quæ delectabiliter oſculantur, amplectuntur & tanguntur, ita & ſpecies diuerſæ peccatorum, & conſequentur circunſtantię neceſſariò confitendæ. Vnde non ſufficit confiteri oſculatus ſum aliquam perſonam delectabiliter, & libidinoſè, ſed dicere qualitatem perſonæ. Item non ſufficit dicere, habui delectationem ſuper actu fornicario, ſed ſi fuit ſuper ſimplici fornicario, vel adulterino, aut inceſtuoſu, de quibus infra ſufficienter dicemus in materia de circunſtantijs.

Luxuria unde dicatur vitiũ capitale. Luxuria eſt vitium capitale, nam, vt dictum eſt, uitium capitale eſt illud, cuius finem aſſequendi, & retinendi cauſa, multa alia peccata perpetrantur, quæ ex illo tanquam ex principio, oriri nata ſunt: talis eſt luxuria: Luxuriæ enim finis, cum ſit delectatio venerea, quæ maximè appetibilis eſt, tum ex delectationis vehementia, quę tanta eſt, vt ſenſus abſorbeat, & rationem impedit, tum ex connaturalitate talis concupiſcentiæ, ideo ad eam aſſequendam, & nutriendam, multa alia peccata homo committit. & ſicut delectatio venerea eſt maxima, ita paſſio, & appetitus concupiſcibilis, circa ſuum obiectum delectabile, eſt vehementiſſimus, ita, vt vires ſuperiores taliter abſorbeat, ideſt intellectum, & voluntatem, vt circa ſuas operationes penitus deordinetur. Hinc ſecundum Greg. in Moral. cap. 31. ſequuntur multa alia peccata, tanquam eius filiæ. *Filia Luxuria.* *Cæcitas mentis.* Primo namque ſequitur cæcitas mentis, ita vt luxurioſus non apprehendat bonum, & malum, vt ſunt, videmus enim huiuſmodi homines, bona temporalia diſſipare, uiuendo luxurioſè, & honorem parui pendere, aut multa alia ſibi inconuenientia facere. Sic dictum fuit ſenibus, qui exarſerant in Suſannam Danielis 13. Species decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. *Præcipitatio.* Secundo ſequitur Pręcipitatio, nam, qui amore capti ſunt, de rebus agendis ſibi conſulere non ualent, ut eas dirigant ad debitum finem: hinc multoties in uaria mala labuntur. *Mala quæ gignit Luxuria.* Videmus enim, quandoque aliquos, propter ſuperbiam, vxores ducere nolle, eo quod non inueniunt perſonas, ſecundum eorum conditionem, deinde propter luxurię incontinentiam, ſponſant concubinas, ſpuriis domos implentes. Alij propter obcęcationem amoris, uxores plebeas ducunt, eas dotantes, ſanguinem, & fami-

Digitized by Google

liam nobilem maculantes, & ſic diſcurrendo,propter conſilij defectum,in va
Inconſideratio. ria mala præcipitantur.Tertio ſequitur Inconſideratio,qui enim hac pice macu
lantur,iudicium amittunt,multis periculis ſe exponẽtes, vt ſuam aſſequantur
voluptatem,conformiter prædictis ſenibus luxurioſis,de quibus dicitur, Da-
niel.13. Auerterunt ſenſum ſuum,vt non recordarentur iudiciorum iuſtorum.
Inconſtãtia. Quarto ſequitur Inconſtantia,nam qui in rebus venereis implicatur,taliter ab
impetu bullientis libidinis impeditur,vt ſępè retractet,quod propoſuerat: vn-
Amor ſui. de in omnibus ſuis decretis inconſtans apparet. Quinto ſequitur Amor ſui,nã
cum in delectatione rei venereæ concupitæ inebrietur,amat ſe inordinatè amo
re concupiſcentiæ,vt etiam propriam vxorem,& filios cõtemnat,ſibi ſoli com
placendo,contra quem dicitur.

Qui amat animam ſuam,perdet eam. Et quia quodammodo cognoſcit,hęc
Odium Dei. à Deo prohiberi,ſequitur ſexta filia,ſcilicet Odium Dei,nollet enim leges,&
præcepta hæc prohibentia inueniri,vt magis deſidioſè his vacaret.Et quia lu-
xuriari, ſibi bonum eſſe videtur,vt permaneret in his voluptatibus, nunquam
Amor præſentis vitæ. vellet ſeneſcere, nec mori. Vnde ſeptimo ſequitur. Amor præſentis ſæculi:Et
quia iam ſcit,hoc nõ poſſe fieri,ſtatutum eſt enim homini ſemel mori,& poſt
mortem ſequi noſtrarum malarum operationum iudicium, ſequitur Octauo
Horror futuri ſeculi. Horror futuri ſæculi. Et quia nimia detentio,& perſeuerantia in delectationi-
bus carnalibus per viſcum amoris,& contemplatio grauitatis peccati,cum ter
rore Inferni, faciunt amittere ſpẽ gratiæ futuræ, non curando, de ſpiritualib.
Deſperatio: bonis,incidit in deſperationem, quæ eſt Nona,& vltima filia. Ecce in quot la-
Cõſilium ſtudentibus & iudicibus, de fugienda luxuria. queos incidunt,qui in hoc vitio habituantur. Itaque qui contemplationi ad-
dicti ſunt,& literis dediti,venerem experiri fugiant,ne talibus implicati, à ſa-
pientia diſtrahantur,fugiant item qui iudicant,& regunt,ne iudicium peruer-
tant. Luxuria namque vſu augetur,& fuga extinguitur. Amplectantur caſtita-
tem,qua occurrere poſſint huic periculoſo vitio, ipſa namque eſt, quæ coniu-
ges pudicos facit,viduas, continentes,& Virgines Deo gratas, & adeo gratas,
vt meritò à Chriſto Domino Angelis comparentur, nam quæ non nubunt, e-
Virginitas Angelis cognata. runt ſicut Angeli Dei in cęlo,qui neque nubunt,neque nubentur: ideo virgi-
nitas Angelis cognata dicitur, de cęlo enim venit, nec in terris vnquam uiſa
fuit, antequam Deus terram viſitaret, nec alibi, quam in ea habitare uoluit,
cum in virginis vterum,per incarnationis myſterium deſcenderit. Quæ virgi-
nitas, cum in genere caſtitatis ſuprema ſit,circa eam aliquantulum immoran-
dum eſt quantum ad nos ſpectabit,inuitat enim nos, vt Ambroſius ait,integri
tatis amor, vt aliquid de virginitate dicamus, ne veluti tranſitu quodam per-
ſtricta videatur,quæ principalis eſt virtus.

67 Virginitas igitur,de qua loquimur,ait Auguſtinus,in lib. de Virginitate,eſt
Virginitas quid ſit. continentia,qua integritas carnis,& animæ ipſi creatori uouetur, conſecratur,
& ſeruatur.Pro cuius rei intelligẽtia ſcito, quòd Virginitas dupliciter ſumitur,
Duplex virginitas. ſcilicet naturaliter,& moraliter.Virginitas naturalis ſolum in virginalis ſigna-
culi integritate conſiſtit,vnde communiter loquẽdo,inter vulgares,illas uirgi
Virginitas naturalis. nes appellamus, quæ corporis integritatum ſeruant, quam ab utero materno
portauerunt. Virginitas moralis conſiſtit in quodam ſtatu caſtitatis mentis,&
Virginitas moralis. corporis,hæc autem duplex eſt etiam. Vna,quæ caſtitatem ſeruat quantum ad
voluntarias pollutiones,uenereaſque delectationes,quæ etiam ſine uiri comi-
ſtione fieri poſſent,cum propoſito,illas non experiendi,niſi mediãte matrimo
nio,& ſecundum hanc,puellæ nobiles, & quæ à parentibus honoratis naſcun
tur,Virgines caſtæ dicuntur.Altera eſt,quæ ſupra hoc addit propoſitum perpe
tuæ caſtitatis ſeruandæ: cum uoto,ſiue ſine uoto:ut ait D.Tho. in 4.diſt.33.q.
3.art.3.& ſi fiat cum uoto, erit perfectior: & per hanc uirginitatem uocan-

tur

Digitized by Google

tur ſanctimoniales illæ, quæ Deo ſeruire vouerunt, & integritatẽ mẽtis, & corporis cuſtodire promiſerunt, ſiue ſimpliciter, ſiue ſolenniter uotum fecerint, & hoc tertio modo, virginitas virtus uocatur, cui debetur aureola poſt mortem.

Aureola virginitatis cui debeatur. Illis autem duob. primis aureola nõ debetur: quamuis ſi è vita cum tali integritate, in gratia decederent: ſed aliquod accidentale gaudium per illã haberẽt. huius rationem aſſignat D. Tho. 2. 2. q. 152. artic. 1. dicens, ſicut enim in delectatione venereorum tria conſiderantur, ſcilicet unum, quod eſt violatio ſignaculi virginalis, alterum, quod ſe tenet ex parte corporis, & animæ, quod eſt ſeminis reſoluio, delectationẽ cauſans in illo actu uenereo, tertium ſe tenet ex parte animæ tantum, quod eſt uoluntas, perueniendi ad talem actum delectabilem. Ita in vera virginitate, per horum remotionem (cuius eſſe eſt integritas contagionis expreſſę, ait Ambroſius in lib. de Virginitate) tria requiruntur: primum eſt integritas ſignaculi: ſecundum eſt uoluptuoſæ delectationis inexperientia, in ſeminis emiſſione: tertium eſt propoſitum ſeruandi hæc, uoto firmatum; vbi autem propoſitum non adeſt, uera uirginitas dici non poteſt, ut aureola digna ſit: virginitas enim mentis melior eſt, quam carnis, & ſi habet vtramque, optimum eſt: ait Ambro. in lib. 5. de Virginibus. Vnde poteſt conſeruari virginitas in mente, ſine corporis integritate: primum namque, id eſt integritas corporis, ſe habet ut quid accidentium, ad actum moralem, qui actus in animę propoſito conſiſtit, ſed corporis integritas intantum requiritur, inquantum eſſe via, ad ſeruandum mentis propoſitum, & quod virginitas mentis ſine corporis integritate ſeruari poſſit, probatur: Ait enim Aug. in 1. de Ciuit. Dei. Membra illa poſſunt diuerſis caſibus vulnerata vim perpeti, ſine uoluntate patientis. Hinc ſequitur: ſi mulier à Medicis, vel ab obſtetrice in illa parte uulnus acceperit, non amittet uirginitatem, ſi propoſitum ſeruandi illã firmum tenebit. Item ſi puella ante annos pubertatis, id eſt ante tempus ſeminationis, fracturam ſignaculi, per concubitum paſſa fuerit, uirginitatẽ moralem non amittet: quamuis amittet naturalem. cum paſſiones ſenſibiles venereas non ſenſerit, quæ ſunt materia actus moralis, non eſt, cur uirginitatem amittere dicatur. Sed dices. Et ſi aderit conſenſus in illo actu? Dicit D. Thom. in 4 diſt. 33. quæſt. 3. art. 1. ſi non eſt doli capax, nullo pacto uirginitatem amittet, ille namque conſenſus imperfectus eſt: ſi autem per uſus rationis accelerationem, fuerit doli capax, iam mentalem uirginitatem amiſit, quæ poſtea per pœnitentiam recuperari poteſt, ut dicemus. Notanter dixi (id eſt ante tempus ſeminationis) propter Caietanum, quamuis enim in pueris ante pubertatis tẽpus virginitas non amittitur, in ſimili caſu, eo quod ſunt naturaliter impotentes: in puellis tamen hoc dici non poteſt, ſunt enim multæ, ut ipſe contendit, 2. 2. q. 152. art. 1. quæ ante tempus pubertatis diſtillationes ſeminales habent, itaque ſeminarent, ſi prouocatæ fuiſſent, ut ex mulieribus ſe audiuiſſe fatetur. Nec dicendum, illas deſtillationes non eſſe ſeminales, audiui enim à quodam Doctore fide digno, & meo præceptore, ſe vidiſſe Bononiæ mulierem in anno ſuæ ætatis nono concepiſſe. Vnde concluditur, ꝙ puellę, in quibus tempus, & potentia coeundi ante pubertatis tempus acceleratur, ſi delectabiliter ſeminarent, dum prouocatæ fuiſſent, uirginitatem amitterent. Nec ex hoc generalis regula ſtatuenda eſt, ut Caietanus uult: non enim omnibus, nec pro maiori parte, hoc accidit. Item virgo, quæ in ſomnis, uel dum ebria, aut demens fuerit, ab homine corrumperetur, ueram, & moralem uirginitatem non amittere; dummodo mentem non mutauerit, niſi uoluntatis conſenſus in illo actu præceſſerit, ut ait Syluest. Verbo Virg. Item virgo etiam in vigilia, & mente ſana cũ patiens, ab homine, vel Dęmone incubo, ſi quantum poteſt reſiſtit, etiam delectationem naturalẽ ſentiendo, ſi in illa conſenſum minimè præſtat, virgina-

In delectatione venereorũ tria conſiderantur.

In vera virginitate tria requiruntur.

Corporis integritas ſe habet ut quid accidentariũ.

Virginitas mentis ſine corporis integritate.

Pueri ante tẽpus pubertatis non poſſũt ſeminare, ſed puellæ poſſũt.

Virgo moraliter, & corrupta naturaliter, quando erit.

Aureolã quãdo moniales amittunt, velum conſecrationis petere non debent.

Corruptio virginis irrecuperabilis.

Virginitas moralis quando amittatur irrecuperabiliter.

Virginitas moralis quando amittatur recuperabiliter.

lem pudicitiam non amittet, etiam ſi conciperet: nec mirum ſi uirgo pariter & fœcunda diceretur; poteſt enim manere, ut ſit corrupta naturaliter, & virgo moraliter. Probatur: ait enim Ambroſius lib. 5. de virginibus, & habetur 32. q. 5. per multos canones. Si mens incorrupta permanet; quamuis caro corrumpatur, corrupta dici non debet, ſcilicet, vt ad culpam imputetur. Item Hieronym. corpus mulieris non uis maculat, ſed voluntas. Vnde quamuis corpus violenter corrumpatur, ſi pudicitia mentis ſeruetur; illæſa tamen caſtitas duplicabitur. Sicut B. Lucia Paſchaſio dixiſſe fertur. Si inuitam me violari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam: verumtamen obeſt ei talis corruptio, ad aureolam habendam, vt Glo. ibi: nec inter virgines incontaminatas, per veli conſecrationem ſe comparare deberet: ut cap. Ille. eadem q. Quanto magis, quæ propria voluntate ſe corrumpi permiſerunt, à veli conſecratione abſtinere tenetur; ut etiam docet Sylueſt. uerbo, Virginitas. Vnde de iactura ex ſua culpa dolere debent: nam, etſi Deus omnia poſſit, virginem tamen poſt ruinam facere non poteſt, ait Hierony. Vnde, & in Epiſtola ad Euſtochiũ. Valet quidem Deus liberare de pœna, ſed non valet coronare corruptam; ſic enim Deus contra corruptas virgines dicit, & habetur cap. Si Paulus, eadem q. virgo Iſrael cecidit, & non eſt qui ſuſcitet eam. Secundum ſe habet, ut materiale ad virginitatem: quod ſi per voluntariam ſeminationem auferretur, etiã ſine ſignaculi fractione, virginitas irrecuperabiliter amitteretur, quod accidit, quãdo talis virgo vel ſola aliquo adminiculo, vel cum altera muliere, uel quomodocunque illam procuraſſet, ut libidinosè delectaretur in ea, quod peccatum vocatur mollicies procurata. Dico (uoluntariam) nam ſi hoc accideret præter voluntatem: puta ſi pateretur fluxum ſeminis per aliquam infirmitatẽ, aut in ſomnis pollueretur, ſine culpabili cauſa mortali præcedente, ut dictum eſt paulo ſupra de pollutione nocturna, non amitteret illam. Dico etiam (irrecuperabiliter) nam, etſi per pœnitentiam peccatum tolleretur, non tamen virgo mortaliter amplius dici poteſt, quia materia actus moralis amiſſa eſt: imò ſubiungit D. Tho. etiam neque per miraculum reparari poteſt, & ad hunc ſenſum, ait Hieronymus. Deum non poſſe virginitatem poſt ruinam reparare: nam etſi fracturam ſignaculi miraculosè ſanare poſſet; tamen virginem illam non ſeminaſſe, & delectationes venereas non ſenſiſſe, facere non poteſt, quod enim factum eſt, pro infecto haberi non poteſt. Tertium ſcilicet propoſitum ſeruandi hæc ſe habet, ut formale in virginitate, quod amitti poteſt, per uoluntatem contrariam, ideſt per conſenſum in fornicationem, uel in matrimonium, aut per delectationes mortaliter moroſas, de quibus ſupra diffusè tractauimus, verum tamen illud formale virginitatis, per pœnitentiam recuperari poteſt, ſi ad talem voluntatem, & moroſas delectationes aliquo modo realis ſeminis emiſſio ſecuta non fuerit. Vnde quantumcunque virgo, ſeu monialis fornicari, aut nubi deſideret, uel in huiuſmodi actibus venereis mentaliter delectetur, vel impudicè oſcula, amplexus, & tactus, ſiue cum uiris, ſiue cum fœminis exercuerit: dummodo nunquam in illis ſeminauerit, ſeu diſtillationes venereas ſenſerit, per pœnitentiam, virginitatem recuperare poterit, & in gratia è uita decedens, aureolam merebitur.

De

De Gula quarto capitali peccato.

GVla,vt eſt vnum de ſeptem peccatis capitalibus,ſic definitur.Gula eſt appetitus inordinatus edendi, ſeu concupiſcentia delectationis in cibo,& potu.Dixi(appetitus,ſeu cõcupiſcentia)quia Gula principaliter eſſe dicitur circa paſſiones animæ,ideo tale peccatum non conſiſtit in actu ſimpliciter exteriori,ſcilicet comedere delectabiliter ; pôt enim homo in cibi ſumptione delectari, & illum cum auiditate ſumere ſine peccato , quod accidere poteſt, vel ex magna fame,& ſiti, quam patietur,quæ cum pertineant ad vegetatiuæ virtutis appetitum , in eo non eſt peccatum,neque virtus ; vel ex qualitate cibi, cauſantis illam naturaliter,& conſequenter,neque erit peccatum , tunc autem in ſumptione, & delectatione cibi peccatum eſſe poſſet, quando illa ex cibi,& potus inordinata concupiſceutia procederet,nòn enim delectatio vt delectatio , ſed electio ad delectationem, peccatum eſt. Dixi (inordinatus) Gula enim non dicit quemlibet appetitum edendi, & bibendi, aliàs vix ſine peccato homo comedere poſſet , poteſt enim cibum delicatum appetere, dum eſt conualeſcens, aut ſtomachatus,vt roboretur,aut appetitus excitetur, vel dum ſtudet,prædicat,aut legit,vt laboribus reſiſtat,& mereri, ſed dicit appetitum inordinatum;tunc autem appetitus erit inordinatus, quando deuiat ab ordine rationis,in quo ordine conſiſtit bonum virtutis moralis,& intantum eſt peccatum, inquantum eſt contra hoc bonum virtutis. 68

Definitio.

Delectatio abſolutè in cibo, & potu nõ eſt peccatum.

Appetitus inordinatus cõtra bonum uirtutis.

Talis appetitus,ſeu concupiſcentia,& cibi & potus poteſt eſſe dupliciter inordinatus,vno modo inquantum excludit ordinem vltimi finis, & tunc erit peccatum mortale, vel per reſpectum ad ea, quæ ſunt ad finem , & tunc erit ueniale , tunc autem concupiſcentia cibi erit inordinata , reſpectu eorum quæ ſunt ad finem,quando homo, quamuis appetat lautè comedere,aut nimis curioſè ſe habebat in præparatione cibi delicati,aut bene conditi,nõ tamen per hæc à regula diuina deuiare intendit, aut contra aliquod pręceptum facere , aut Deum quomodolibet offendere, ſed tantum per ea erit quodammodo negligens,circa neceſſaria,& deficiet in voluntarijs, diſtrahendo ſe à deuotionibus ſolitis, & ſimilibus, quę omnia, cum non repugnent charitati , non ſunt plus quam venialia,tũc verò talis appetitus ſeu concupiſcentia finis vltimi ordinem excludit, quando homo adeo affectatè in ſumptione cibi , & potus ſe delectari eligit,vt totum finem ſuũ in illo ponat,vnde quidquid cogitat,quidquid loquitur totum eſt crapula,quidquid facit,totum ad ventrem dirigit, de quibus dicitur: Quorum Deus venter eſt . Vel quando deſiderium edẽdi,ita eſt immenſum,vt non curaret proximum offendere,vt Gulæ ſatisfaceret,vnde ſi videt aliquod optimũ comeſtibile, illud proximo ſurripere vellet,aut nunquam quieſcit,donec illud emat,etiam ſi non indigeat,omne neceſſarium , & ſibi debitum relinquere non curando, vel vt prandium lautum ſibi præparet, miſſam die Dominico audire omittit, vel , vt quotidie epuletur,Dei & Eccleſiæ præcepta contemnit, vnde vigilias, quattuor tempora , & quadrageſimam obſeruare non vult,vel ut voluptuosè & bacchanaliter viuat,totum,quod habet,expendit,ſubtrahendo neceſſaria,quibus tenetur,& opes diſſipando,filios ad extremam miſeriam conducit, in omnibus his,& ſimilibus legem Dei,qui eſt vltimus finis noſter,derelinquere contingit,adhærendo Gulę delectationi, tanquam ſuo vltimo fini.

Appetitus inordinatus dupliciter.

Huius peccati poſſunt eſſe multæ ſpecies,vt refert D.Gregor.30.Moralium ſecundũ diuerſa motiua,quę volũtatem mouere poſſunt,ad inordinatè appeten-

Species gulæ.

tendum? quod dupliciter fieri poteſt, uel reſpectu cibi, qui ſumitur, uel reſpectu modi ſumendi.

Quantum ad primum uoluntas, inordinatè moueri poteſt, vel circa ſubſtantiam cibi, quærendo cibos pretioſos, delicatos, & lautos, ut delectetur in eis, hinc ſumitur prima ſpecies, ſcilicet Lautè comedere. Vel circa cibi qualitatem mouetur, cibos nimis accuratè, & ſtudioſè præparatos quærendo. Vnde ſequitur ſecunda ſpecies ſcilicet ſtudioſè. Vel circa quantitatè ſumendi, refectionis mẽſuram excedendo, vſque ad vomitum; ex quo ſequitur ebrietas; hinc habetur tertia ſpecies ſcilicet, Nimis, Quantum ad ſecundum, ſcilicet modũ ſumendi, uoluntas poteſt moueri inordinatè, uel præueniendo tempus, cum quadam motus uehementia, comeſtionem accelerãdo; ex quo ſequitur quarta ſpecies ſcilicet, Properè. Vel quo ad modum comedendi, cibos deuorando, ut Lupus, ex immenſo deſiderio ipſius æſtus, hinc ſequitur quinta ſpecies, ſ. Ardenter, de quibus habetur hic verſus.

Lautè comedere. *Studioſè comedere.* *Nimis comedere.* *Properè comedere.* *Ardenter comedere.*

Properè, Lautè, Nimis, Ardenter, Studioſè.

69 *Nota ebrietatẽ tripliciter prouenire poſſe.*

QVæ ſpecies, omnes ſunt peccata mortalia, ſi ab ultimo fine hominem auertunt, ut dictum eſt. Nota hic quantum ad ebrietatem; ebrietas ut ait D. Tho. 2. 2. q. 150. artic. 2. tripliciter prouenire poteſt primo ex nimia ſumptione, prçter intẽtionẽ bibentis, quod accidere poteſt, dum aliquis fatigatus ex itinere, uel propter magnum çſtum, aut cibum ſalitum, habens magnam, & ardentem ſitim, ut illam extinguat, multum bibit; etiam temperato uino; ex quo nimio potu inebriatur, non aduertẽs potum eſſe immoderatum, & inebriate potentem. Vel ex fortitudine uini, dum bibit uinum potens, forte eius potentiam non cognoſcens, inebriatur, ex parte ſui nulla negligentia in cogitando interueniente, & tũc in iſtis duobus caſibus fit ſine peccato. Sic creditur Noẽ inebriatum fuiſſe, Gen. 9. Secundo, dum hæc omnia facit, percipit potum eſſe immoderatum, non tamen credit inebriare poſſe, ut accidit in comeſſationibus, conuiuijs, & ſimilibus, & tunc erit ueniale ex illa negligentia cogitandi. Tertio, dum cognoſcens, potum eſſe immoderatum, aut uinũ uirtute potens, aduertit, aut aduertere debet, bibendo inebriari poſſe; bibit tñ, nil de ebrietate curans, ut uini dulcedinem experiatur, & tunc eſt peccatum mortale, quia propter delectationem in potu, ſciens, & uolens, priuat ſe uſu rationis, propter quam priuationem poteſt incurrere in alia peccata. Dixi (aut aduertere debet) propter eos, qui bis, vel ter ex potentia uini inaduertenter inebriãtur; continuando poſtea uſum talis uini, ſi inebriantur, etiam inaduertenter, peccant mortaliter, ſcientes enim fortitudinem uini, & ſuam habilitatem ad ſe inebriandum, dum id aduertere deberent, & non aduertunt, uidentur potius ebrietatem incurrere uelle, quàm à potu abſtinere. l. quot te. ff. de rebus cred. Item habens debilem complexionem, ſeu talem habilitatem, quòd etiam parum bibendo, aut uinum non ſatis aqua caſtigando, de facili inebriatur, ſi aſſiduè hoc facit, etiam inaduertenter, peccat mortaliter, non propter aſſiduitatem tantum, quæ cum inaduertentia eſſe poſſet ſine mortali, ſed quia ſciens uini qualitatem, & ſuæ naturæ imbecillitatem, illud continuando, ſi aſſiduè inebriatur, eſſe non poteſt, quin ſciens, & uolens inebrietur. Item quamuis aliquis non totaliter inebrietur, ſed ex fumoſitate uini, capite ualde grauetur, ita tamen ut non ex toto rationis iudicium amittat, ſi hoc ſæpè facit, cum ſui notabili negligentia, non aduertẽdo, ad quod malum aſſiduitas inebriandi eum cõducit, nõ excuſatur à mortali, eo

Ebrietas quãdo eſt mortale.

Digitized by Google

tali, eo quòd ſe ipſum paulatim interimit, uel ſaltem exponit ſe multis periculis peccandi, cerebrum mancum reddendo, qui enim ſic inebriari aſſueſcũt, in multa mala incidunt.

Quæritur, ſi dum ebrius eſt, faciat aliquod mortale, non cognoſcens, quid 70
faciat, imputetur ne ſibi? Dicit D. Th. ſi ebrietas eſt mortaliter culpabilis, quid quid facit in ea, ſibi imputatur, eſt enim tunc opus voluntarium, in ſua cauſa, ſin autem ebrietas eſt ſine culpa, vel ſaltem eſt venialis, venialiter delinquet.

Dubium. Peccata, quæ proueniũt ex ebrietate, an imputentur

At quandoque ebrietas uoluntaria erit ſine peccato? Dicitur, ſi ebrietas procuretur conſilio medici, propter ſanitatem acquirendam, tunc non peccaret,
intellige, ſi alia via ſanitas recuperari non poſſet, medico id aſſerente, aliàs minimè, & ſic conciliabis Doctores, qui de hoc videntur contrarij. 71

Dubium. Ebrietas uoluntaria, quãdo non erit peccatum.

An peccet mortaliter procurans ebrietatem proximo, ſiue ille conſentiat, ſiue non, eum decipiendo, & aliquid in uino apponendo, quod inebriare poteſt? Dicitur, quòd ſic, ſiue ſequatur ebrietas, ſiue non, quia conſentit in notabile damnum proximi.

Dubium. Ebrietas procurata proximo, eſt mortale.

Et quamuis hoc Gulæ peccatum, ex parte materiæ, non ſit nimis graue, eo quod annumeretur inter peccata corporalia, quæ ſunt minus grauia, quam peccata ſpiritualia, prout eſt Superbia, Inuidia, Ira, & ſimilia, & inter corporalia, ſit minus graue, cum non ſit directè contra charitatem proximi, eſt tamen graue, & periculoſum, ex parte effectuum, quos producit, nam ex immo-
derata delectatione, quæ in cibo, & potu inuenitur, ſequuntur hæ filiæ, ſcilicet immunditia, Hebetudo ſenſus, Inepta lætitia, Multiloquium, & ſcurrilitas. Quæ quidem poſſunt conſiderari, vel ex parte corporis, uel ex parte animæ: ex parte corporis, inquantum ex nimia ſumptione cibi, ſequitur quędam immunditia, vel reſpectu quarumcumque ſuperfluitatem; vnde Guloſi ſunt immundi, ſicut porci: vel ſpecialiter reſpectu ſeminis emiſſionis. hinc ſequuntur pollutiones, vel nocturnæ, quæ quidem quando ſunt peccata dictum eſt ſupra, vel uoluntariæ. Vnde ſequitur incontinentia, ſæpe enim Guloſi ſunt Luxurioſi, quos Paulus uocat immundos. 72

Gula de ſe nõ eſt graue peccatum, ſed periculoſa.
Filiæ Gulæ.
Immunditia.
Guloſi immũdi.
Incontinẽtia.
Guloſi luxurioſi.

Ex parte animæ, quæ aggrauatur, ex immoderata cibi ſumptione, & vini potatione, ſequitur hebetudo ſenſus, iudicium rationis impediens, propter fumoſitates, ex ſtomacho repleto aſcendentes ad cerebrum. Vnde Guloſi ſunt inepti mente. Hoc de ſe eſt ueniale peccatum; poteſt eſſe mortale, ratione alicuius circunſtantiæ mortalis, ex ea prouenientis, dum ſcilicet mens ita euaneſcit, ut in multos incidat errores, non ualens ſuam diſcutere conſcientiam, circa ea, ad quæ ex præcepto obligatur. Secundo ſequitur inepta lætitia, ſæpe namque Guloſi, dum vino pleni ſunt, ex quadam animi hilaritate, & immoderata lętitia, faciunt quoſdam actus, & riſus incompoſitos, miſcent obſcęnis cantilenis, quæ ex genere ſuo ſunt uenialia: poſſunt eſſe mortalia ratione finis; dum per ea aliquam perſonam ad peccandum inducere intendunt. Tertio ſequitur Multiloquium, ideſt ſuperfluitas quædam in loquendo, quæ intantum poteſt eſſe mortale, inquantum in multis uerbis proximus notabiliter offenditur, uel ita irreuerenter proferuntur, & in eis delectãtur, vt eſſent parati potius mortaliter delinquere, quam ab eis abſtinere: quod eſt in talibus vltimum finem ponere, ut ſupra in definitione peccati diximus. Vltimo ſequitur Scurilitas, ideſt quædam iucunditas in actibus exterioribus, quos nõ ualet cohibere Guloſus, propter hilaritatem animi, ex vino, & defectu rationis, quæ geſta, & acta, ſi fiant ſolum, ut homo delectetur in illis, aut ut alios delectet, riſus gratia, & ſine mala intentione, ſunt peccata uenialia, conſtat enim hoc modo non eſſe cõtra bonum diuinum, nec proximi, nec illius qui talia committit, quia ad delectationẽ ſolum ordinãtur,

Senſus hebetudo.
Guloſi inepti mente.
Inepta lætitia.
Guloſi hilares, & incompoſiti.
Multiloquium.
Guloſi verboſi.
Scurrilitas.

ſunt autem periculoſa, eo quòd corrumpũt bonos mores colloquia mala; ideo Apoſtolus ad Epheſ. 5. ait, nec turpitudo, vel ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſcilicet nominetur in uobis.

Quando ſint mortalia.

Si autem fiant omnia hæc in ordine ad aliquod peccatum mortale; puta excitando, & prouocando aliquem ad fornicandum, aut ad iram, aut ſaltem fierent, quia fornicatio, aut vindicta, & ſimilia inhoneſta ipſũ delectant, & ideo in his ſtudet, proculdubio ſunt mortalia, Multos alios effectus malos Gula producit, quos recitare nil refert, ſolum dicendũ quod Guloſi, quandoque mortẽ ſubitaneam, animæ periculoſam, patiuntur.

Guloſi ſolent, ſubito mori.

Hinc Iuuenalis in prima Satyra. *Hinc ſubitæ mortes, hinc inteſtata ſenectus.*

73 *Virtus abſtinentia, quæ bona facit.*

Occurramus ergo huic malo, cum abſtinentiæ virtute, ipſa namque per gulæ frænum ad paradiſum, à quo per Gulam, & guſtum cibi vetiti diſceſſimus, redire facit, paſſiones quoque, circa ciborum delectationes exiſtentes, quæ hominem à rationis bono abſtrahere natæ ſunt, deprimit, non enim omnis abſtinentia, quæ cibi ſubtractionem importat, uirtus eſt, ſed quæ regulata eſt, nec hoc ſufficit, abſtinentia namque, quæ propter corporis ſanitatem fit, virtus non dicitur, ſed quæ regulata eſt, circa morales actiones.

Abſtinentia in omni ſtatu neceſſaria.

Hæc autem in omni ſtatu neceſſaria fuit, non tamen eundem modum obſeruantiæ tenuit, in ſtatu namque legis naturæ hominem dumtaxat à cibis abſtineri obligabat, ſecundum quòd ratio dictabat, & neceſſitas occurrebat, puta dum homo, per repletionem, carnis rebellionem ſentiens, à contemplatione ſpiritus retrahebatur, aut per aliquam offenſam; ſe Dei debitorem cognoſcebat, per abſtinentiam, & cibi ſubtractionem, carnem domabat, mentem eleuabat, & pro peccatis Deo ſatisfaciebat.

Abſtinentia in lege naturæ, ad quid ordinabatur.

Nec quo ad temporis determinationem, aut ciborum prohibitionem, taxatio quærebatur, ſed corpus à ſuo debito defraudare, & in quoddam temperantiæ medium adducere, ſat erat.

Abſtinentia in lege ſcripta, fuit in præcepto.

In ſtatu autem legis ſcriptæ, præter hoc, de abſtinentia adiunctum fuit cerimoniale præceptum, quod in certorum dierum ieiunio conſiſtebat, ſcilicet in quarto, quinto, & ſeptimo menſe, in memoriam aliquorum geſtorum, in illis temporibus, quorum ieiunium, quo ad horam tantum conſiſtebat, non autem quo ad ciborum qualitatem, abſtinebant enim à cibo, vſque ad noctem, quod, quia poſt mortem omnes ad limbum ibant, eorum ſtatum nocti comparari ſignificabat, noſter autem; & quia ſtatum gratiæ ſignificat, diei comparatur; iuxta illud Pauli: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.

Ieiunium Hebræorum quô fiebat, et quid ſignificabat.

Abſtinentia in lege Euangelica.

In ſtatu uerò legis Euangelicæ viget hæc obligatio legis naturæ, quoties hæc tria ſupradicta concurrant; ſed quo ad modum, & tempus ieiunandi, extat Eccleſiæ præceptum, ait D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 147. art. 3. Vnde ſequitur ieiunium abſolutè loquendo, eſſe de iure diuino.

74 *Ieiunium eſt de iure diuino.*

Nota.

Et quia, circa huius præcepti obſeruantiam, multos errare contingit, aliquid de eo tradere, non erit inutile. Pro quo nota, quòd de ieiunio dupliciter loqui poſſumus, uno modo, ut eſt naturæ; alio modo, ut eſt Eccleſiæ præceptum.

Ieiunium cõſideratur dupliciter.

Ieiunium, ut naturæ officiũ obligat tantũ indigẽtes abſtinentia.

Quo ad primum etiam dupliciter conſiderari poteſt, uel ut eſt aliquod pœnale, & ſecundum hoc non obligat omnes, ſed eos tantum, qui hoc remedio indigent: huiuſmodi namque ieiunium, cum ſit de genere vtilium, non cadit ſub præcepto, niſi in ordine ad finem; quo ſublato, præceptum non vrget: puta qui, propter commeſſationes tempore nuptiarum, aut aliunde magnam repletionem fecerit; vnde carnis rebellionem ſentit, uel propter ſplendide expulari, diſtrahitur à ſtudiis, & debitis contemplationibus, per cibi parſimoniam, ad medium ſe reducere, & carnis concupiſcentiam reprimere tenetur. Vel conſideratur, ut eſt aliquod eligibile, tanquam virtutis actus, & tunc eſt utile tantum ad aliquem finem, ut opus ſuperogationis. Et quoniam huiuſmodi moderatio, & abſtinen-

dã ciborum eſt actus virtutis, in quodam medio conſiſtere debet, ſecundum rectam rationem. Vnde qui abſtinentiam quandam magnam faceret, ita, vt natura deficeret, ex alio extremo peccaret, & tanta poſſet eſſe extrema, reſpectu ſuæ complexionis, ut mortaliter delinqueret, nam ſæpenumero accidit, vt qui in his, quæ ſunt de conſilio, ſupra modum abundare vult, in neceſſarijs poſtea deficiat, eo quòd inhabilem ſe facit ad præceptorum obſeruantiam. Quo ad ſecundum, ſcilicet vt eſt præceptum Eccleſiæ, non eſt attendenda ſolum finis neceſſitas, aut vtilitas, vt ſupra, ſed vis præcepti, obligans omnes æqualiter ad eius obſeruantiam; quamuis enim aliquis ciborum abſtinentia non indigeat, ut carnem reprimat, uel vt ad contemplationem eleuetur, & huiuſmodi, quæ ſunt ieiunij finis, non tamen ab eius obligatione eſſet excluſus, præceptum enim Eccleſiæ non reſpicit immediatè finem, ſed quod ad finem ordinatur.

Ieiunium ut præceptũ eccleſia obligat omnes.

Accedit & alia ratio, pro qua Eccleſia omnes obligauit; nam, etſi pro ſupradictis, aliquis ieiunio non indigeat, indiget tamen eo, pro remedio vniuerſali: pro quo etiam inſtitutum eſt, ſcilicet pro peccatis, vel præteritis ſatisfaciendis, vel pro futuris cauendis; nemo enim ſine peccato in hac vita eſſe poteſt, teſte Ioanne in epiſtola prima Can. 75

His prælibatis tria de ieiunio legis Euangelicæ colligimus ab Eccleſia eſſe ſtatuta, ſcilicet tempus, modum, & vniuerſalitatem obligationis. Hinc ſuper his quinque examinanda duxi. Et primo quo ad tempus, videndum eſt, quibus diebus eſt ieiunandum, & in qua hora diei. Quo ad modum, à quibus cibis abſtinendum ieiuniorum tempore, & quot refectiones in vna die ſumendæ ſunt. Quo ad vniuerſalitatem præcepti, qui excuſari poſſunt ab hac obligatione, prout ex doctrina D. Th. ſui Commentatoris, 2. 2. q. 147. per totum, Sylu. Verbo, ieiunium, Nauar. cap. 21. nu. 11. Angeli, & Riccardi in 4. & multis alijs colligere potuimus.

In ieiunio eccleſia tria cõſideranda.

3 De primo dicitur. Cum ieiunium ad duo ordinatum eſſe dicatur, ad culpæ ſcilicet deletionem, & mentis ad ſuperna eleuationem; meritò illis temporibus, ieiunia præcepta fuerunt, in quibus homines purgari oportebat, & mentes, per deuotionem, ad Dei beneficia contemplanda nobis præſtita eleuare debebant, quæ præcipuè in ſolennitatibus Natiuitatis Domini, & Paſchatis Reſurrectionis fieri conueniens eſt: ideo tres quadrageſimæ olim celebrabantur, ſcilicet ante feſtum Natiuitatis, ante feſtum Paſchatis, & quę per 13. dies ante feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ Domini pręcurſoris celebrabatur, quæ ex toto ab vſu Eccleſiæ deleta eſt, quæ autem ante Natiuitatem Domini, ſolis Religioſis ex regulæ præcepto relicta: quæ uerò ante Paſcha fit, omnibus Chriſtianis fidelibus vtriuſque ſexus præcipitur, ut tota ieiunetur præter dies Dominicos. de conſecratione diſtinctione 3. cap. Placuit, aliàs non ſatisfit pręcepto, ut diſt. ea. cap. Non oportet, niſi ex cauſa deficiat, prout infrà dicetur, ut per carnis mortificationem, Chriſti paſsioni conformemur, quando recolitur memoria eius ſepulturæ, ſignificatæ per Baptiſmũ, per quem omnes Chriſto conſepelimur in eius morte, ut ait Apoſtolus ad Romanos ſexto, cuius memoria fit in Sabbatho ſancto, ante diem Reſurrectionis.

Tempus ieiunandi.

Tres quadrageſimæ celebrabantur in primitiua eccleſia.

Eadem ratione, in omnibus vigilijs pręcipuarum feſtiuitatum, ad quas celebrandas, nos per ieiunia præparare oportet; præter quam in tempore Paſchali diſtinct. 76. §. Non autem, vbi à Paſcha vſque ad Pentecoſtem non indicuntur ſeruare ieiunia, ieiunia enim quę pręcepto Eccleſię inſtituta ſunt, ieiunia afflictionis dicuntur, quæ non conueniunt in diebus lętitię, ideo diebus Dominicis, & toto tempore Paſchali ieiunari non debet, niſi pro deuotione, vo-

Ieiuniũ quadrageſimæ qd ſignificet.

A Paſcha, ad Paſcha non tenemur ieiunare.

Digitized by Google

Ieiuniũ exultationis.

ne,voluntate libera,ex intuitu Spiritus ſancti, c.poſt Paſcha, diſt.76. Vnde dicitur,ieiunium exultationis.

Quattuor tẽpora quare inſtituta ſint ieiunari.

Item in quattuor temporibus anni.Can.Statuimus,diſt.76.in quibus Deus exigit decimam pro qualibet quarta parte anni,ſicut enim annus per quattuor uoluitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium, per quattuor anni tempora,de quibus dicitur hic verſus.

Vult Crux,Lucia,Cinis,& Chariſmatadia Vt ieiunetur quarta ſequens feria. Ideſt, ut ieiunetur quarta,ſexta feria,& Sabbatho immediatè ſequentibus feſtum S.Crucis, de menſe Septembris, S. Luciæ, dies Cineris, & Pentecoſtes. Et nota, quòd antiquitus pro Sabbatho ieiunabatur ſecunda feria,quæ mutata fuit.

Dubium in vigilia Pentecoſtes an ſit ieiunandum.

Sed dubium eſt,de quattuor temporibus infra octauam Pentecoſtes,& eius vigilia, an ex præcepto, an conſilio ad ea teneamur, propter rationem iam dictam? reſpondet Gratianus,quòd huiuſmodi ieiunia, cum ſint exultationis, vt dixi,ſunt potius de conſilio,quam de præcepto,quod affirmat D.Tho. quo ſupra,art.5.ad tertium argumentum. Mouentur iſti auctoritate Leonis Papæ, in quodam ſermone,& habetur c.Igitur,diſt.76.vbi ſic dicitur: Igitur poſt ſanctæ lætitiæ dies,quos in honorem Domini à morte reſurgẽtis, ac deinde aſcendentis exigimus,poſtquam acceptum Sancti ſpiritus donum,ſalubriter,& neceſſariè conſuetudo eſt ordinata ieiunij, ut ſi quid fortè inter ipſa feſtiuitatis gaudia negligens libertas,& licentia immoderata præſumpſerit,hoc religioſę abſtinentiæ cenſura caſtiget. Sed contra hanc opinionem arguitur ex. §. Neceſſario. eadem diſt.ubi fertur poſt diem Pentecoſtes ex neceſſitate eſſe ieiunandum, & de hoc non eſt dubium, quin eſſet mortale in dicta hebdomada non ieiunare, eſto namque, quòd non eſſet præceptum, conſuetudo tamen, quæ tollit, & ponit legis vinculum, cum ſit in antiqua obſeruantia,& homines communiter non minus iſta, quàm alia quattuor tempora obligatoria eſſe iudicent,ſufficit ad mortaliter delinquendum,quia mos populi, mos Dei, ut diſtin.11.Sed dubium remanet de vigilia Pentecoſtes, hoc namque non videtur ita clarum, & quòd ad hanc etiam teneamur ex pręcepto, extat c. Noſſe, eadem diſtin.ut vult Glo.ibi. huic ſententiæ ſubſcripſerunt Syluester, & Caietanus,locis citatis.

76 *Hora ieiunij.*

De ſecundo, ſcilicet hora ſumendi cibi, ieiuniorum tempore, in iure non reperitur expreſſum, verum in Quadrageſima,poſt veſperarum officium perſolutum,ſumendus eſt cibus, ait Can. Solet, de conſecrat.diſtinct.prima, eſt tamen perſiſtendum in communi Eccleſiæ conſuetudine, quæ vt ait D.Tho. loco citato artic.7.erit hora meridiei, ideſt poſt nonam. Nam cum ieiunium ſit quid pęnale,& conſuetudo ordinaria ſumendi cibi, ſit hora ſexta, vt ieiunans quidquam afflictionis ſentiat pro culpæ ſatisfactione, æquum fuerat, horam comedendi,ad horam nonam eſſe differendam. Hinc eſt quòd qui hora tertia comedere ſolent, ad horam ſextam differre debent, & comedentes hora nona (vt Principes) debent prorogare amplius horam ieiunij, ut caro affligatur,ea eſt enim Eccleſiæ intentio: verum huiuſmodi tempora largo modo ſunt interpretanda,& non eſt permanendum in indiuiſibili puncto,poteſt tamen paulilper præferri, & poſtponi, dummodo ſine ieiunij fraude fiat, ut dicetur. Non eſt autem ſumendus cibus ſummo mane, quando tali hora, comedendo, communi iudicio, non apparet hominem ieiunare, & ſine dubio, ſecundum communem Doctorum opinionem ieiunium eſſet fractum, & ex conſequenti, peccatum mortale, ut etiam Nauar.cap.21. num.27. licet Summa Angelica dicat veniale, ſed in hoc non tenetur ab alijs, niſi in caſu ſecundum Auguſt.quando ieiunium eſſet uoluntarium, ob deuotionem, &

non

Digitized by Google

non neceſſarium, ex præcepto. Innocen. autem in rubrica de ieiunij obſeruatione, inquit, in die ieiunij notabiliter horam comedendi præuenire, ex cauſa legitima, non eſſe peccatum; quod intelligendum eſt, ſecundum Syłueſtrum, in verbo Ieiunium, §. 12. & Petrum de Palu. & Caiet loco citato, ſi ſuperioris diſpẽſatio interuenerit, quod Nauarrus non aduertit, poteſt enim diſpenſari in caſu cum ob ſtomachi imbecillitatem, vel lectionem faciendam, vel iter longum peragendum, vel propter alias pias cauſas, hoc contingeret, & notandum eſt, quòd diſpenſatus non poterit amplius eodem die ſumere cibum; nam ſemel in die prandere, eſt de ieiunij eſſentia, ita enim à principio fuit inſtitutum & ita diſpenſatus, quo ad vnam ieiunii conditionem, non intelligitur quo ad aliam; ſed diſpenſatus quo ad vnicam comeſtionem, eſt ſimpliciter abſolutus; quia ſic non eſt amplius ieiunium. Qui ex contemptu, & inobedientia, nolẽs ſe Eccleſiæ præcepto ſubijcere, in Quadrageſimæ, vigiliarum, quattuor temporum diebus minimè ieiunat, peccat mortaliter, qui autem cauſa rationabili, ſufficientique ieiunium prętermittit, peccat venialiter, ſine diſpenſatione, ſecundum D. Thom. & Petrum de Palu. Qui ieiunij die, diluculo, non aduertens, de ieiunij præcepto, comederit, ſi tenebatur ſcire, iam fregit ieiunium, & amplius eo die, non eſt recuperandum; ſi autem noſſe nõ tenebatur, ieiunium minimè fregit, actus enim humani à voluntate, ac intentione dependent: vnde hora ieiunij prandere poteſt, ac ſi nihil de mane ſumpſiſſet; reliquum autem diei tempus, vt ieiunans obſeruare debet. hæc eſt ſententia Petri de Palu. nec non Syłueſtri, verbo, Ieiu. §. 21.

Diſpenſatus quo ad horam ieiunij, non intelligitur quo ad alia.

De tertio, ſcilicet à quibus cibis abſtinendum die ieiunii dicitur. Omnibus confeſſum eſt, ieiunij tẽpore carnium vſum eſſe interdictum, ab Eccleſia Chriſtiana, verum aliquibus in locis lacticiniorum, ouorumque vſum in vigilijs tantum, quattuorque temporibus eſſe permiſſum, affirmant multi, in quibus locis conſuetudini ſtandum eſt, quæ quidem per quadraginta annos obſeruata, modo Eccleſia ferat, atque patiatur, pro lege habetur, inquit Hieronymus, & Auguſtinus. & habetur in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & qui talibus cibis vteretur, vbi non adeſt conſuetudo, iuxta omnium opinionem, frangeret ieiunium. Vnde peccant mortaliter Hiſpani, dum Italiam inhabitãt ꝙ conſuetudinẽ aliquorũ locorum Hiſpaniæ, de ouis & lacticinijs obſeruant in vigilijs, & de interioribus animalium in die Sabbathi, qa talibus non vtimur. Dixi (in vigiliis tantum, & quattuor temporibus) nam in diebus Quadrageſimę nuſquã conceſſum eſt, ꝑterquã in Brytannia & Belgio, vſus butyri tantum, propter olei inopiam, in Quadrageſima, namq; ait D. Tho. 2. 2. q. 147. artic. 8. ad 3. argum. Chriſtum imitamur, atque diſponimur ad redemptionis myſteria celebranda; verum qui iuſculum pro Dominis prælibaret, ſeu conditum pro infirmis guſtaret in huiuſmodi temporibus, ieiunium non frangeret, Deus enim reſpicit Cor.

Die ieiunij à quibus cibis abſtinendum eſt.

Vſus ouorum & caſei in vigilijs.

De quarto, ſcilicet quot refectiones, in die ieiunij ſumẽdæ ſint? dicitur, ꝙ vnica refectio in die ieiuniorũ neceſſario facienda eſt, tanquã de ieiunii eſſentia, à tempore, quo inſtitutum fuit, obſeruata, vt in veteris teſtamẽti Patribus clarè patet, qui cibo vſque ad veſperam, ideſt vltimam diei horam abſtinebant, quamuis nullus ciborum vſus eis vetitus erat, adeſt etiam Eccleſiæ vniuerſalis conſuetudo, quæ pro lege eſt habenda, vt communiter tenent Theologi in 4. diſt. 20 Et miror, quonam pacto quidam, quos ſequitur Panormitanus, in Rubrica de obſeruatione ieiunii, dicant, ieiunanti licere pluries in die ieiunii cibum ſumere, eo quòd contrariũ non inuenitur iure cautum, niſi hanc opinionem ſano modo intelligamus, dicendo cum D. Thom. hoc licitum eſſe, per modum medicinæ, hac enim intentione, plura diuiſim in die ieiunij ſumi poſſunt,

78

Die ieiunij quot refectiones ſumendæ ſint.

Ieiunium Iudæorum.

poſſunt, ſine eius fractione, non autem per modum cibi,& nutrimenti, quo autem pacto hoc fieri debeat,audite.

79 *Collationem ſerotinã quis facere debeat.*

Qui ſerò,abſque aliquali cibi recreatione,dormitum ire poteſt, corpus ſolito ſibi debito defraudando, erit maiori merito, qui autem ſine aliquo cibo minimè quieſcere poteſt, vel quia dormire non poteſt,vel ob ſtomachi imbecillitatem,vel naturæ debilitatem,vel ſimilem alium defectum, aut ad vocem conſeruandã,quod intellige de his,qui ex officio canere tenẽtur,aut alia ſimili neceſſitate, rationabiliter aliqua electuaria,confectiones, vel panem dulciarium, quæ ad nutriendum principaliter ordinata non ſunt,licet nutriant, ſumere poſſunt,vel ut ſiti occurrant,vini poculum accipere,& ſi ſtomacho noceret, ſimpliciter ſumptum, cum eo aliquos fructus,aut herbas ſumat,ne vinum ſolum ſtomacho ſupernatet,non autem panem ſumere licet (præcipuè enim panis ad nutriendum eſt ordinatus) vnde finis ieiunii fruſtaretur, niſi prædicti fructus, & herbæ, ſine pane ſtomachum ieiunantis offenderent, quo in caſu, ſit modicum,vel ſi cõſuetudo loci ſumendi modicum panis,id permittat, aliis nullo pacto licet panem ſumere, teſte D. Thom. Caietat. Petro de Palu. Syluestro, Nauarro, & aliis,quibus ſupra. Hæc autem omnia conſideranda ſunt,hac mente,ſcilicet ad reparandam naturæ imbecillitatem,& ne potus abſolutè ſumptus,ſtomacho noceat,vbi autem aliqua iſtarum occaſionũ, aut neceſſitatum non interuenerit, non bene faceret, qui collationem ſerotinam ſumeret,nec conſuetudo ſumendi illius,pro tuitione ſufficeret,hęc enim conſuetudo fundatur ſuper illa ratione, ſcilicet per modum medicinę ſumendæ, itaque ubi talis ratio, occaſioque collationis ſerotinę ſumendæ ceſſat, minime eſt ſumenda,ait Caietanus,fundatus ſuper doctrina D.Thomę,& aliorum Theologorum, caſus conſcientię magis delicatè tractantium, cum ſit & ipſa conſcientia delicata, hæc inquam,Nauarri opinionis occaſione, qui cap. 21. num. 14. more legiſtarum, hæc groſſiori modo pertranſit,dicendo, cum ieiunia Christiana,iure humano inducta ſint, (intellige quo ad tempus, & modum obſeruandi, vt ſupra) rationabili conſuetudine præſcripta, duriora, & blandiora fieri poſſunt, hinc ſequi videtur, vbi eſt conſuetudo illam faciendi, etiam nulla neceſſitate urgente (contra D.Thom.) ſine peccato fieri poteſt. Quam ſententiam prædicare tutum non eſſet, multi enim hac occaſione moti, ieiunium frangerent, vt expertus ſum:cum enim appetitus, & neceſſitas ſumendi cibi,ſit naturalis,non facilè diſcerni,& moderari poteſt id, quod in talibus ſecundum rationem conuenit. Hinc excuſationem accipiunt ſimplices, & indocti,hæc cogitare non valentes,huiuſmodi autem idiotæ admonendi erunt,quem ad finem id facere debeãt.Si autem quis collationem fecerit,antequam cibum concoxerit,vel malitia quadam,ſcilicet nutriendi cauſa,vel ad famem reparandum, ut illud incommodum non ſentiret, & huiuſmodi, proculdubio fieret in fraudẽ ieiunij magno cum periculo illius frangendi, ieiunium enim eſt quid pœnale,qui autem vult ieiunare,& aliquid pœnę non ſentire, verè ieiunare non vult, ideo dico,quidquid fit in fraudem ieiunii, peccatum eſt,& tantus eſſe poſſet exceſſus in fraude,vt ſit mortale,quia eſſet fractio ieiunii. Vnde qui in collatione excederet in quantitate,ſumendo plus,quam ſolitum eſt, ieiunium frangeret.Sed quantum eſt ſumendum? dico quod in hoc ſtandum eſt laudabili conſuetudini, ac attendenda eſt varietas complexionum; quod enim uni eſt collatio, & ientaculum quoddam, alteri erit tota cęna. Manè licet aliquid ſumere,per modum medicinę,ſine fractione ieiunii,non tamen liceret collationem veſperi vſitatam,tunc facere,& ueſperi cęnare, ut non ſentiret illud incommodum,ſcilicet incęnatum ire ad lectum, eſt enim fraus, vt ſupra, niſi hoc fieret neceſſitate quadam, aut aliquam

Vſus panis in collatione ſerotina condẽnatus.

Opinio Nauarri de collatione ſerotina.

Collatio quãdo non eſt facienda,cõdemnatur.

Quidquid ſumitur in fraudẽ ieiunij, peccatum eſt.

Quantitas collationis in ieiunio.

Collationẽ facere de mane quib. liceat.

quam

Digitized by Google

qua cauſa legitima, puta, ut negotium non differibile finiat, uel ut iter lōgum faciat, propter quod, hora conuenienti comedere non poteſt, uel dum ad uidendum opera, rus accedit; & ad ueſperam uſque ſuſtinere non ualet, niſi aliquid pro recreatione, & non ad ſatisfaciendum fami mane ſumat; quia tunc liceret. hoc priuilegio gaudent etiam mercatores, dum uacant negotijs prolixis, & hora conſueta comedere non poſſunt; ac item qui talem complexionem habet, quòd ſecus ieiunare non poſſet, niſi manè aliquid pro refectione ſumeret, & ueſperi poſtea cęnaret, bene ageret, præceptumque, ut poteſt, adimplet, & ſic de ſimilibus iudicandum eſt, modo ceſſet omnis fraus, & malitia, ut ſupra dictum eſt.

Sumere parū infra diem, ieiunium non frangit.

Sumere aliquid infra diem, quo ieiunatur, ſiue ante, ſiue poſt prandium, modo ſit parum, non frāgitur ieiunium, puta unum pyrum, aut ficum deguſtando, niſi fiat in fraudem, ut fami reſiſtat.

Potus vinorū frangit ieiunium.

Quo uerò ad potum, ante uel poſt prandium, liberè ſemel, bis, uel ter etiam uinum, ad ſitim extinguendam, digeſtionem adiuuandam, & ualetudinem conſeruandam, is, cui aqua nocet, bibere poteſt: potus enim non eſt interdictus ab Eccleſia, non enim ordinatur per ſe ad nutriendum, licet aliquo modo nutriat: ideo bibere ſæpè licet, niſi fiat in fraudem, puta dum ſerò fame præmitur, immoderatè bibit, vt famem extinguat, tunc enim frangit ieiunium, ait D. Thom. quo ſupra.

Quomodo magnæ ſiti ieiunantis occurrendum ſit.

Si ante prandium ſitis eſſet nimia, potuſque deeſſet ſtomacho ieiuno, poterit ſumere mala punica, mala granata, pyra, ficus, aliosque fructus, moderatè tamen, ad extinguendum ſitis ardorem, vel ob anxietatem, aut debilitatem ſtomachi, ſine fractione ieiunii, niſi fieret ad fami ſubueniendum, vel ob voluptatem, in plurima quantitate, tunc enim quantitas, & intentio actum ieiunij uitiaret.

Non frangit ieiunium, qui accumbens in menſa; priuſquam cęnam perfecerit, ſurgit à menſa, pro aliqua cauſa perficienda, cum intentione redeundi, & cœnæ perficiendæ, licet aliqua mora interfuerit, quia eſt vnica cœna; tunc autem ieiunium frangeret, quando à cœna ſurgeret, non habens voluntatem amplius comedendi, & poſtea ad eam rediret; eo quòd aliqua noua in menſa ſunt appoſita, & comederet, nam in illis, & ſimilibus intentio eſt accipienda, uoluntas enim interciſa facit, actus eſſe diuiſos, & intentio continuata, unitos.

80

Qui excuſentur à ieiunio.

De quinto, ſcilicet qui excuſari poſſint ab hac obligatione; dicitur, cum ſtatuta communia ab Eccleſia proponantur, prout communitati conueniens eſt, ipſa Eccleſia in dicta communitate, id reſpicit, quod in pluribus accidit: Vnde ſi cui ex ſpeciali cauſa, ſtatutum repugnare videtur, talem Eccleſia ad ſtatuti obſeruantiam obligare non intendit: verum in his adhibenda eſt diſcretio quędam, ſi enim cauſa euidens eſt, per ſeipſum licebit ſtatutum prætermittere, ſi autem dubia eſt, ad ſuperiorem, ſuper huiuſmodi diſpenſandi, poteſtatem habentem, recurſum habebit: ſi uerò acceſſus ad eum non permittitur, medico conſulto, confeſſoris licentiam obtineat, & in his omnibus attendenda eſt locorum conſuetudo.

Aduertendū circa diſpenſationes.

Sed eſt aduertendum, quòd circa ieiuniorum diſpenſationes, uel obligationes, dupliciter loqui poſſumus, uel quo ad unicam comeſtionem, uel quo ad ciborum vetitorum abſtinentiam, qui enim excuſatur à primo, non excuſatur à ſecundo, & qui exemptus eſt à ſecundo, non tenetur ad primum. Igitur quantum ad vnicam refectionem, dico multa. Et primo quo ad ætatem ieiunantis, pueri, & ſenes excuſantur à tali ieiunio. Sed vſque ad quot annos ſunt exempti? Doctores non æqualiter ſentiunt. Innocētius, in

Pueri non tenentur ieiunare vſq; ad quod tempus.

Rubrica

Rubrica de obſeruatione ieiunij ait, pueri dum ſunt doli capaces, & ieiunare ualent, ſicut peccare ſciunt, ita & peccata deſerere tenentur: quem ſequitur Supplem. dicens, hanc opinionem tutiorem eſſe D.Tho. & Richardus in locis citatis, quos maior pars Doctorum ſequuntur, aiunt; pueros eſſe exemptos, vſque ad annum vigeſimumprimum, & hoc rationabilius, in illa enim ætate, propter augmen tum, indigent multo nutrimento, & ob naturæ teneritudinem, opus eſt frequentia in cibo: verum tamen monendi forent, vt talibus ieiunijs ſe exercitarent plus, vel minus, prout ætas, & robur, & corporis firmitas ferre poteſt.

Martinus de Alexandris in tractatu de ieiunio, q.4. dicit, hoc intelligendum eſſe de ieiunio quadrageſimæ, in qua tot hebdomadas cōtinnatim ieiunare eis noceret, propter cauſas prædictas, ſed in ieiunijs, ſolennitatum, & quattuor temporum, hæ rationes eis non ſuffragantur.

Cui reſpondetur, rationes concludere vniuerſaliter, ab omni Eccleſiæ ieiunio eſſe abſolutos: verum conſilij eſt, potentes ieiunare, vt ieiunent, etiam in Quadrageſima, ad minus ter in hebdomada. Senes autem non habent tempus præſcriptum, vt pueri ex eo, quod ſenectus non eſt omnibus vna, ſicut ætas augmenti in pueris, & ideo ſiccut eſt robur in ſenibus, ita iudicandum eſt; ſunt enim quidam ſexagenarij, ita fortes, & robuſti, ac ſi eſſent quinquagenarij & ex aduerſo, quandoque quinquagenarij ſunt ita debiles, ac ſi eſſent ſenes; Vnde de ipſis, idem iudicium faciendum eſt, atque de imbecillis, debilibus, conualeſcentibus, defectuoſis, patientibus vertigines, dormire, aut calefieri in lecto, propter ſtomachum vacuum non ualentibus, de quibus omnibus eadem eſt ratio; quorum conſcientia. Iudex eſſe poteſt, vtrum id faciant vera neceſſitate, an friuoli timore, ne patiantur, ac pietate quadam, vt ſe cōſeruent. Regulariter tamen ætas ſeptuaginta annorum excludit ſenes ab obligatione ieiunij, ait Richaredus, in 4. propter namque caloris debilitatem, indigent frequenti cibo, totum enim ſimul concoquere nequeunt; ac patiuntur multa mala, iuxta Pſalm. Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & eorum amplius labor & dolor. Secundo, quo ad paupertatem, illi ſolum, propter paupertatem, excuſantur, qui non habent vnde poſſint ſufficientem refectionem præparare; ut ſunt mendicantes, aut ita pauperes, quo ad cœnam, quæ neceſſaria ſunt, ſimul habere nequeunt. vnde ſi panem habent, deficit vinum, & ſi utrumque adeſt, non habent coctum quid. Excuſantur etiam qui cibos ſibi parare non ualent, nec habent qui pro eis parent: unde coguntur comedere tanquam ad brauium curſores. Tertio quo ad itinerantes. Iter longum facientes pedeſtre, excuſantur à ieiunio, ac etiam equitando, ſi per multas diætas, & neceſſariò equitant, & ad ueſperam uſque ſubſtinere non poſſunt. Dico (neceſſariò) nam qui uenationis gratia, uel ſimili, tota die equitat, propter quod ieiunium diei præcepti relinquit, non eſt immunis à mortali. Excuſantur tabellarij, qui de hac arte uiuunt: peregrinantes per multas diætas: intellige ſecundum præfatos Doctores, ſi peregrinatio, propter iuſtas cauſas, differri non poteſt; quia ſi poſſet differri, eſſet expectandum, indiſcretum enim eſſet peregrinationem incipere tempore Quadrageſimæ, in quo tenemur ieiunare, uerum ſi peregrinatio ante aggreſſa fuerit, ieiunium interea adueniens, ſi erit incomparabile, relinqui poteſt. Quarto, quo ad laborantes, excuſantur quoque, artifices, faber lignarius, ferrarius, carpentarius, & ſimiles, agricolæ, operarij rurales, colentes agros, & huiuſmodi, ſi uiuunt de arte ſua; & quæ ad eorum familiam neceſſaria ſunt, per illam acquirunt, ſecundum D.Thom. in 4 ſentent. non autem ſi eſſent diuites, ut ſine illis laboribus uiuere poſſent: ſed hoc ſolummodo

Senes quando non teneãtur ieiunare.

Pauperes qui ieiunare non tenentur.

Tabellarij, & peregrinãtes, excuſantur à ieiunio.

Laborantes excuſantur à ieiunio.

intellige

Digitized by Google

intellige, quo ad Dominos tantum, qui laborant ſuper rebus ſuis, de quo labò re abſtinerí non poſſent, ſine ſuo damuo, quo verò ad cęteros, ſecundum Papam Eugenium IIII. omnes opifices, qui ſalario conducuntur, pro ſuis laboribus, ſiue pauperes, ſiue diuites fuerint, ab obligatione ieiunij exempti ſunt, quod priuilegium, non tantum eſt ſpeciale, ut ſentit Syluester, quin potius, ſit iuris communis.

Quinto, quo ad impotentes, excuſantur ſimiliter, & pręgnantes, & lactãtes, ſi debilitas eas impedit; & tales eſſe poſſent, vt peccarent aliter faciendo, ob periculum abortus, & infantium fraudem: ſi autem ſunt ruſticæ, & potentes in una refectione, ita ſufficienter comedere, ut de eis non ſit dubitandum, non uideo, cur erunt exemptæ, ait Caietanus. Excuſantur etiam uxores, quando importunantur à maritis; quod intellige, ſi ipſis non parerent, ſequerentur iurgia, rixæ, blaſphemiæ, uerbera, & ſimilia ſcandala, poſſent tamen cum licentia ſui ſacerdotis conſcientiam ſerenare. Sexto, quo ad maius bonum excuſantur concionatores, lectores, ſcriptores, & ſtudentes pro officijs publicis, ſi quando ex officio ad hæc teneantur, vel ex mandato ſuperioris id faciant, ſin autem ex propria uoluntate, non excuſantur, niſi id, pro quo laborant, ſit maius bonum, ut ſunt opera miſericordiæ corporalia, & ſpiritualia, & non eſſet alius, qui hæc faceret, nec ſolum hoc ſufficit, nam ſi eligeret hoc maius bonum facere principaliter, ut à ieiunio ſe excuſaret, aut aliqua mercede, non excuſaretur, ait Syluest. & Nauar. ſecus autem ſi principaliter, ob charitatem, & ſecundario, propter alias cauſas, induceretur. Qui uires tales habent, uel impedimenta talia, ut totam Quadrageſimam ieiunare non poſſint, tenentur ſaltem ieiunare ter in hebdomada, uel plus, uel minus, prout cognoſcunt ſe poſſe ferre: & ita præceptum adimplẽt: quod enim excuſat à parte, non excuſat à toto. Quo uerò ad eſum ciborum uetitorum, dico, ſoli infirmi, in lecto decubantes, decrepiti, & infantes, carnibus, & lacticinijs, in diebus ieiuniorum, uti poſſunt: cęteri uerò qui aliquam iuſtam cauſam habent, hoc facere non poſſunt, ſine licentia utriuſque medici ſcilicet corporalis, & ſpiritualis. Ne putes diſpenſationem medici ſpiritualis tibi ſuffragari, ſi fides medici temporalis uerum non expoſuerit, ſed mendicato fauore impetrata, aut alio falſo inuitu procurata. Medicus ſpiritualis Regularibus, eſt ſuus Prælatus, Sæcularibus, eſt ſuus Epiſcopus, uel Curatus ubi non eſt Epiſcopus, uel Vicarius, & quando ad eos acceſſus haberi non poteſt, erit ſuus Parochus, uel Confeſſarius. Dico amplius, quamuis diſpenſatio ſit legitimè impetrata, ſi poſtea ad talem diſpoſitionem uenerit, ut commodè, & ſine periculo, poſſet ueſci & ſuſtentari cibis ieiunio ſolitis, à carnibus, & ouis abſtinere debet, alias mortaliter peccat. Item ſi propter infirmitatem, Quadrageſimam uiolauerit, ſi poſtea, ita conualuerit, ut ieiunare poſſet, uel ſaltem à carnibus abſtinere, reliquum Quadrageſimæ tempus obſeruare tenetur, ait D. Ant. par. 2. tit. 7. cap. 2. cui adhæret Nauar. quo ſupra. Vnde diſpẽſationes Prælatorum debent fieri, cum hac reſeruatione, ſcilicet (donec neceſſitas durat) ut Neapoli obſeruatur.

Impotentes excuſantur, & pragnantes.

Vxores importunatæ à maritis, excuſãtur.

Concionatores, lectores, ſcriptores, & ſtudentes.

Excuſati à ieiunio quid comedere debeant.

Diſpẽſatio in ieiunio quando non valet.

Qui diſpẽſat in ieiunio.

Quæritur, an frangens ieiunium, toties peccet, quoties illud fregerit? Reſpondetur. Cum in ieiunio tria prohibeantur, ut dictum eſt ſupra, ſ. eſus carnum, lacticiniorumque, cęna plus quam ſemel in die, & horæ anticipatio, nõ unica reſponſione huic quæſito ſatisfieri poteſt; ideo dico, ſi quis ieiunium fregerit, per cibi ueriti ſumptionem, toties peccat, quoties, una die, res prohibitas comederit & in Quadrageſima, toties de nouo peccat, quoties toto tpe Quadrageſimæ, cibos prohibitos ſumpſerit; ſi autem frangatur pluribus cęnis, uel per horæ anticipationem, non erunt noua peccata, nouos ſumere cibos, eadem die, ratio diuerſitatis, ut ait Caietanus 2. 2. q. 147. art. 8. eſt; nam carnium prohibitio.

81 *Dubium. Frangens ieiunium quoties peccet.*

Digitized by Google

bitio, tempore ieiuniorum, cadit ſub abſoluto Eccleſiæ præcepto, pro toto tempore ieiunij; necnon præcepti negatiui vim habet, ſicut præceptum de non furando. (non furtum facies) Vnde quemadmodum, quoties quis furatur, toties de nouo peccat, ita & in propoſito, ſed multiplicare comeſtiones in die ieiunij, non eſt præceptum Eccleſiæ, niſi quatenus frangunt ieiunium, itaque, cum per vnam comeſtionem ſuperfluam, ieiunium frangatur, iam commiſſum eſt peccatum; ideo non eſt, cur oporteat amplius contineri.

82 *Dubium an abſoluti ab obligatione ieiunij, poſſint comedere carnes.*

QVæritur ſecundo, an qui non tenetur ieiunare poſſit licitè comedere carnes? nam, qua ratione abſoluitur ab vno, intelligitur abſolutus à reliquis contentis in illo, vt accidit pueris, & ſenibus.

Reſpondetur, in hoc eſt attendenda Eccleſiæ conſuetudo, in diſpenſando, & intentio eiuſdem ſe mouentis, ex cauſa ad diſpenſandum, nam cum in ieiunio illa tria requirantur, vt dictum eſt, ſicut diuerſæ ſunt cauſæ diſpenſandi, ita non cũ oĩbus eodem modo eſt diſpenſandum, nã ſi diſpenſatur cũ ſenibus, propter caloris defectum, & cũ iuuenib. ante vigeſimum primum annũ, quia multo indigent nutrimento, propter augmentum, cũ laborantibus, eo quòd labores ſubſtinere nequeunt, & ſimilibus, ut non teneantur ad vnitatem refectionis in diebus) ieiuniorum, non tamen abſoluuntur ab obſeruantia ciborum vetitorum, quia eorum neceſſitas non amplius indiget. Qui cauſam diſpenſandi habent oleum ſibi nociuum, ſufficit, ut concedatur eis butyrum, oua, & lacticinia tantum. Qui verò, ita imbecilles, & impotentes ſunt, ut nec illis ſuſtentari poſſint, taliter abſoluuntur ab obſeruatione ieiunij, vt eis nihil reſeruetur.

De Ira, Quinto Capitali peccato.

83 *Definitio.*

IRA eſt accenſio ſanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ. Dicitur (accenſio ſanguinis) pro materiali. Dicitur (propter appetitum vindictæ) pro formali, & vtroque modo poteſt eſſe bona, & mala; nam, cum Ira ſit quædam paſſio appetitus ſenſitiui, à qua potentia iraſcibilis nominatur, dupliciter in ea malum inueniri poteſt, ſecundum quòd dupliciter, ſcilicet formaliter, & materialiter, ſumitur, & vt formaliter ſumitur, duplici ratione in ea malum inueniri poteſt, ſcilicet, uel ſecundum ſpeciem, vel ſecundum quantitatem ipſius. Secundum ſpeciem, quam ſumit ab obiecto, poteſt eſſe bona, & mala, prout obiectum bonum, vel malum eſſe contingit. Ira reſpicit duo obiecta, ſcilicet vindictam, quam appetit, & hominem nocuum, de quo appetit uindicari: vt reſpicit vindictam, dupliciter circa eam ſe habere poteſt, uel ſecundum rectam rationem, & tunc laudabilis eſt, natura enim poſuit homini potentiam iraſcibilem, vt contra ſibi nociua iraſceretur, hinc eſt, dum homini infertur iniuria, aut aliquod aliud nocumentum ſibi contrarium, naturaliter mouetur, per appetitum vindictæ, ad id repellendum, putat enim eſſe bonum, vindicari de malo ſibi illato, quod ſi fit cum debito rationis, ſcilicet ſecundum terminos Iuſtitiæ, modo conuenienti, & ad debitum finem, qui eſt conſeruatio Iuſtitiæ, & culpæ correctio, non erit peccatam, hæc enim differentia eſt, inter hominem, & animalia bruta, quod ipſa dum iraſcuntur contra ſe offendentia, procedunt inſtinctu naturæ, directæ à ſuperiori intelligentia non errante, ſed homo, cum ratione ducatur, ab ipſa dirigi debet, unde ſi talis appetitus circa uindictam inferendam,

Ira formaliter ſumpta.

Ira reſpicit duo obiecta.

Ira quando non ſit peccatum.

Differentia inter hominẽ, & bruta circa iraſcibilia.

Digitized by Google

ferendam, non erit regulatus, erit peccatum, tunc autem appetitus eſt irregulatus, quando infertur uindicta, uel contra eum, qui tale non meretur, quod naſcitur quandoque, aut ex odio, aut dum illud, à quo cauſatur triſtitia, nociuum apparet, quod in ueritate non eſt, uel quia debitum ordinem in uindicando non tenet, uel terminos iuſtitiæ non ſeruat, uel finem, quem deberet, non intendit, ſcilicet, ut fiat ex bono zelo, & non ex odio. Secundum autem quantitatem, tunc Ira mala erit, quando vindicta, uel per defectum, uel per ſuperabundantiam, peccatum non adæquat. Si autem Ira ſumitur materialiter, ſcilicet, prout eſt accenſio ſanguinis circa cor, dupliciter quoque ſumi poteſt, ſecundum quod dupliciter ſe habet ad rationis iudiciũ. Vno modo antecedenter, ideſt præueniendo iudicium rationis, & tunc paſſio inſurgens poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato, prout iudicabitur eſſe voluntaria, uel inuoluntaria. Pro qua re eſt aduertendum, aliquod eſſe uoluntarium, uel inuolũtarium, ſtare dupliciter. Primò, vel in ſe, vel in ſua cauſa, quo autem hoc contingat, dictum eſt ſupra, cum de ebrietate loquebamur. Secundò aliquid dicitur uoluntarium, & inuoluntarium, vel directè, vel indirectè: directè quidem, quando uoluntas eligit aliquid faciendum, vel imperat potentijs inferioribus, ut tale, uel tale faciant, indirectè autem, quando potens, & debens potentias inferiores impedire, eas non impedit. His ſtantibus, dico, quando paſſio inſurgit ex ferueſcente ſanguine circa cor, ſi talis turbationis impetus totaliter iudicium rationis offuſcat, ut iratus, quid dicat, aut faciat, non percipiat, ſi eſt uoluntaria, ideſt à uoluntate excitata, quidquid ex ea mali prouenit, ei imputatur, quia dicitur uoluntarium in ſua cauſa, ut diximus, ſupra de ebrietate; ſi autem non eſt excitata, ſed uel naturaliter inſurgit, ut accidit ijs, qui ex infirmitate inſaniunt, uel inſurgit ita fortis, ut ratio non poſſit motum inſurgentem reprimere, quod accidere poteſt nobilibus, magna iniuria affectis, uel inſurgit ita ſubitus, ut ratio aduertere non ualeat, ut euenit colericis, quandoque uiolenter motis, propter coleram quæ inter humores citius mouetur, quæ omnia cum reddant actum inuoluntarium, à peccato excuſant, ait D. Thom. 1. 2. quæſt. 77. artic. 7. Si uerò paſſio inſurgens non erit tanta, ut penitus rationis uſum impediat, ſed poteſt à ratione reprimi, non erit ſine peccato, uerum ſi dum inſurgit, uoluntas ei non occurrit, quia non aduertit, erit ueniale; & quamuis dicatur quòd primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, hoc intelligitur generaliter, ſcilicet quòd uoluntas facere nequit, ut nullus inſurgat, non tamen poteſtatem amittit, circa quemlibet ſingularem motum inſurgentem, quem impedire tenetur: vnde ſi inordinatè inſurgit rationẽ peccati habebit, ſed ſi inſurgentem aduertit, & ei non occurrit, diuertendo mentem, ad aliud cogitandum, ut non ſequatur actum uindictæ, uel ſaltem non deliberet uindicare, tunc erit mortale, quia actus deliberatus, contra ultimum finem, eſt peccatum mortale, ait idem auctor, art. 8. eiuſdem quæſtionis.

Ira quando eſt peccatum.

Ira materialiter ſumpta, dupliciter ſumitur.

Aduertendũ, uoluntariũ, & inuoluntarium duplex.

Ira quando eſt peccatum. Ira quãdo nõ eſt peccatum. Colerici ſubito iraſcũtur.

84 *Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra quomodo intelligatur.*

Alio modo Ira pro materiali ſumitur conſequenter, quando ſcilicet homo iraſcitur, per imperium uoluntatis, & in hoc, ſi ratio dijudicauit, & ordinauit modum vindictæ, iuris ordine ſeruato, paſſio inſurgens circa cor, ad exequendam vindictam, non erit peccatum; tunc enim Ira non impedit iudicium rationis, ſed potius adiuuatur ab eo. Exempli gratia Voluntas, quæ eſt omnium potentiarum domina, cognoſcens per intellectum, malum contra ſe illatum, ſcilicet iniuriam, uel quodlibet impediens ſuum bonum concupitum, triſtatur, ex illa triſtitia mouetur, imperando iraſcibili, ut inſurgat, per vindictam, ad repellendũ illud malum, excitando illam per motum ſanguinis, calore inflãmantis cor, ut ex illo impetu moueatur contra offendentẽ, quę oĩa

Digitized by Google

dum à ratione regulata fiunt,& propter zelum iuſtitiæ, vt dictum eſt, ſolum *Iraſci quãdo ſit actus uirtutis.* peccatum non eſt,ſed laudabile,imò quandoque meritorium, ſi autem regulata non ſunt; tunc uindicta erit iniuſta,quia debitum iuſtitiæ non ſeruat,& quia debitum iuſtitiæ cadit ſub præcepto,hinc eſt, quòd Ira,vt ſic,vitium nominatur,& eſt peccatum mortale ex ſuo genere, poteſt eſſe veniale ex imper- *Ira quando ſit peccatum.* fectione actus,quod accidere poteſt,vel ex parte agentis, dum motus Iræ erit quidam actus ſubitus rationem preueniens,& tamẽ non ſuccumbens,eo quod ei non conſentit, vel ex parte obiecti, quando uindicta, & nocumentum eſt paruum; puta dum aliquis iraſcitur contra puerum, trahens eum per capillos, uel aliud ſimile nocumenrum paruum proximo infert; vel etiam ex parte modi appetendi; dum ſcilicet quis iuſte iraſcitur contra delinquentem,ſed nimis ardenter interius, uel ſigna nimis irati exterius oſtendendo, dummodo terminos charitatis non exeat. Ex his colliguntur multa corollaria ſcitu neceſſaria.

1. Corollariũ. Primum eſt. Qui iraſcitur contra proximum,bonum commune incommodantem,& quietem perturbãtem,eum accuſando,modo probare poſſit, ut punitus,cæteri quietè viuant,& bonum commune conſeruetur, non peccat.23.q.5.cap.Non fruſtra,& ſi principaliter ex charitate mouetur, meretur.

2.Coroll. Secundum.Qui uidet alios delinquere notabiliter,in detrimentum Reipublicæ,& ſpiritualis boni,& poteſt ſine ſuo damno eos accuſando,ſuccurrere, non accuſando peccat mortaliter,ait D.Tho.2.2.queſt.69.art.5. & Nauar.cap.14.num.15.

3. Coroll. Tertium. Qui iniuria affectus,contra offendentem iraſcitur,eum querelando,vt ſuo honori ſatisfiat, & peccatum impunitum non remaneat, ſi id facit, ſine rancore,non peccat,ſi aũt cũ rancore, & odio firmato, peccat mortaliter etiam ſi offendens honori ſatisfacere nolit,& ſi eum perſequitur,vt plus quam delictum meretur, puniatur, grauius peccat, & tanta eſſe poteſt uindicta,ut teneatur de ſuperfluo, debet igitur rancorem deponere; non autem tenetur querelam caſſare,& ſatisfactionem iniuriæ condonare,quam in iudicio petit, ſi iuſtè accuſauit, ſed relinquere in manu iuſtitiæ, ut punitione corrigatur,

Dubium. & alij per eum emendentur,& Deus magnificetur. Sed dubium eſt an poſſit inſiſtere pro uindicta exequenda?Dico difficile quidẽ eſſe, vt offenſus pro peccato puniendo inſiſtat,& odium in aĩo non concipiat,non tñ poſſibile eſt,poteſt enim delinquens talis eſſe,ut ſi contra eum uſque ad ſentẽtiam inſiſtatur,

Confeſſores. obſequium Deo preſtare dicatur,ſed in tali caſu,conſcientiæ accuſantis ſtandum eſt,nec per hoc à Cõfeſſore abſolutio negari debet, ſi querelam in iudicio expoſitam non remittit,& iniuriam non relaxat,modo promittat, odium relaxare,& iuſtitiç terminos non tranſgredi. Dixi (odio firmato)nam ſi odiũ non eſt tale,ut principaliter moueatur ex illo,ſed potius ex aliqua fragili paſſione,erit ueniale,& qualis eſt paſſio,tale iudicabitur peccatum. Argum. cap. Accuſati,de accuſat.& cap.ſi qui ſunt,2.q.7.

4.Coroll. Quartum.Qui offenſus in bonis principaliter propter ſuum intereſſe,vindictam querit,non peccat ſaltem mortaliter,& ſi cum rancore aſſocietur in perſequendo; tale iudicabitur peccatum,quale cor ardens in uindicando erit.

5. Coroll. Quintum.Qui per Iram proximum in iudicio perſequitur, eum accuſando, & falſum imponendo, non ſolum peccat mortaliter, uerum etiam tenetur de omni damno illi dato; tam in fama,quam in bonis,propter talem accuſationẽ c.ult. de calum. quamuis propter offenſam receptam ille mereretur aliquam punitionem, non enim uindictam ſumere licet per vias indebitas. Et multo magis tenetur,ſi eum ſine cauſa perſequitur.

6. Coroll. Sextũ.Qui proximum accuſat,etiã verum crimen illi imponendo:ſi in probatione

batione deficit, peccat mortaliter, cum obligatione reſtituendi omne, quod accuſatus, in ſe defendendo, expenderit, non enim poteſt iuſtè accuſare, qui nequit probare, ait D.Tho. 2.2.q.69.art.3.ad primum arg.

Septimum. Qui vindictam quærit de damno ſibi illatio, per aliam uiam, quã per terminos iuſtitiæ, ſcilicet de alijs maleficijs eũ accuſando, alterius cauſam adiuuando, falſis probationibus calumniando, & ſimilibas modis eum perſequendo cum reſtitutione damni indebitè facti ultra mortale, tenetur. *7. Corollariũ.*

Octauum. Qui iniuriam ſibi factam propria auctoritate vindicat, uel pro damno recepto damnum infert, peccat mortaliter, ſi eſt notabile, non tamen tenetur ad reſtitutionem, ſi damnum quod intulit, damnum paſſum non exuperat. *8. Corollariũ.*

Nonum. Dominus, qui ſeruorum, Princeps qui vaſallorum, Prælatus, & qui libet ſuperior, qui ſubditorum peccata non punit, contra eos iuſtè iraſcendo, vel ſaltem non iraſcitur, quantum peccata merentur, peccat mortaliter, peccato omiſſionis, & ſi illi perſeuerant in delictis, in ſuis ſuperioribus fiduciam habentes, eo quod eos non caſtigant, tenentur de damnis, quia videntur conſentire. *9. Corollariũ. Domini & ſuperiores, quãdo teneãtur pro ſuis ſubditis.*

Decimũ. Qui Dominus, Princeps, Prælatus, ac ſuperior, per indignationem & odium, ſeruos, vaſallos, aut ſubditos perſequitur, & punit, plus quam peccata merentur, peccat mortaliter, & ſi per hæc notabiliter, indebitè ab eis pecunias extorquet, tenetur ad reſtitutionem, de illo ſuperfluo, quod peccata non merentur. *10. Corollarium.*

Vndecimum. Qui, per Iram, aut impatiẽtiam ſe ipſum percutit, aut mutilat, aut aliud ſimile damnum in propriam perſonam infert, uel mortem ſibi optat, pro qua indiſcretas abſtinentias facit, aut incomportabiles labores ſuſtinet, ut uitam ſibi abreuiet, aut cibos, & alia ſibi nociua comedit, & bibit, ut uitam citò finiat, mortaliter peccat, quia ſui ipſius homicida eſt, ait Auguſt. quòd non licet. *11. Corollariũ.*

Duodecimum. Qui contra proximum iratus, eum carcerat, aut carcerare facit ſine ratione, vt de eo uindictam ſumat, mortaliter peccat, & de damno, & iniuria tenetur. *12. Corollarium.*

Tertiumdecimũ. Qui affectus iniuria, ſcit eius parentes, vel famulos, de illa uelle uindictã ſumere, & conſentit, aut ſaltem eos à vindicta non abducit, peccat mortaliter, & ſic de ſimilibus. *13. Corollarium.*

85 Iræ tres ſunt ſpecies, quibus iracundum tripliciter noĩari cõtingit. Prima uocatur Fellea, ſecundum Gregorium Nicænum, quæ eſt, dum ſtatim inſurgit, & cito tranſit ut ſunt mulieres & homines paruæ ſtaturæ, qui ex leui cauſa ſubito iraſcuntur, & parum durant, eo quòd ſanguis ſtatim ad cor aſcendit, & ſtatim deſcendit, quos Philoſophus uocat acutos. Secunda dicitur à Gregorio, Mania, ſeu Inſania, quæ lente inſurgit, ut ſunt quidam longioris ſtaturæ, qui non habent motum ſanguinis ſic uelocem, & aliquando ex longa memoria iniuriæ illatæ non ſic cito tranſit, quos Philoſophus uocat amaros: eo quòd ſunt peiores. Tertia nominatur Furor, & eſt, dum homo ſic obſtinatè uindictam appetit, ut donec puniat, nũquam dimittit, quos Philoſophus uocat difficiles, & hæc eſt peſſima, quia ſine miſericordia aſſimilatur Tigribus, & feris crudelibus. *Species Iræ ſunt tres. Ira fellea i. acuta. Ira inſana et amara. Ira difficilis quæ dicitur furor.*

Hoc peccatum dicitur capitale, propterea quod multa alia, ex eo originem trahunt, vel ratione impetus à corde ſurgentis mentem impedientis, & ad quæcunque inordinatè agenda precipitantis, & hoc modo per accidens dicitur ianua omnium peccatorum, uel ratione uindictæ quam appetit, & ſecundum hoc per ſe dicitur cauſa aliquorum peccatorum ſpecialium, quæ oriuntur *Ira peccatum capitale. Ira ianua omniũ peccatorum.*

Digitized by Google

Filiæ Iræ ſex. ex ea. Vnde attribuuntur ei ſex filiæ. Ira namque conſideratur, ut eſt, vel in corde, vel in ore, uel in opere. Vt eſt in corde dum magis, ac magis excogitatur offenſa, ex qua animus prouocatur ad vindictam inferendam, duæ filiæ oriuntur, una ex parte ipſius irati, inquantum conſiderat diuerſas uias vindictæ, unde animum malis cogitatibus implet, & ſecundũ hoc ponitur prima filia, *Tumor mentis.* ſ. Tumor mentis. Altera ex parte illius, contra quem iraſcitur, prout iudicat illum, non eſſe talem, ut eum offendere debuiſſet, ex quo ſequitur ſecunda filia, *Indignatio.* ſ. Indignatio. Secundò, ut eſt in ore, ſcilicet, prout iratus Iram demonſtrando, ad locutionem procedit, & ſecundum hoc oriuntur tres filiæ, nam, aut iraſcitur contra Deum, talem iniuriam permittentem, & ſic oritur Blaſphemia, aut contra iniuriam inferentem, ex quo oritur cõtumelia, & quia ex tumore in mẽte cõcepto, uerba exeunt cum quodam impetu, hinc oritur Clamor. Tertio ut ad factum vſque proceditur, ex Ira oriuntur rixæ, in quibus includũtur omnia mala, & nocumenta in proximum, ex eis conſequentia. De quibus ſigillatim dicemus per ordinem.

Blaſphemia. Contumelia. Clamor. Rixa.

Tumor.

TVmor inquãtum eſt in iraſcibili, ſignificat quãdam audaciam irati hominis vindicare ſe uolentis, quod cum de facili non poſſit, mẽte excogitat, qua uia id cõmodè faciat, in quo cogitatu animus, cũ magis inflammetur, tumeſcit, quod peccatũ tale erit in grauitate & leuitate, qualis eſt appetitus uindictę, de quo ſupra. Idem de Indignatione dicendum.

Blaſphemia.

86

BLaſphemia, ut ait D. Thom. 2. 2. quæſtio. 13. artic. 1. importat quandam derogationem excellentis bonitatis, & precipuè Diuinę: quæ derogatio duobus modis fieri poteſt, vel directè, uel indirectè, indirectè quidem bonitati Dei derogatur, dupliciter, uel auferendo ab eo, quod ſuæ bonitati conuenit, uel attribuendo ei, quod ſuæ bonitati repugnat; & quia, vt ait Dionyſius, in libro de diuinis nominibus. Bonitas Diuina eſt idem, quod eſſentia Dei, eſt enim Deus ipſa eſſentia bonitatis, cum enim ſit ſimpliciſſimus, quidquid eſt in eo, eſt ipſe Deus. Ille igitur propriè Deum blaſphemare dicitur, qui ſuæ bonitati adſcribit, quod ei non conuenit, vel negat ab eo quod ei proprium eſt. Indirectè autem, quando Deo maledicitur, & deteſtatur, nam qui Deo maledicit potius maledicus, propriè loquendo, quam blaſphemus eſſet dicendus; ſed quia maledicens Deo, aſſerendo, ſit maledictus, ſit occiſus, ueniat Deo hoc, uel illud malum, & ſimilia, Deum accipere videtur, velut hominem, ac ſi Deus eſſet creatura, qui hæc pati poſſit, ideo hoc modo dicitur, indirectè Deo aſcribi, quod ei non conuenit, & ſic largo modo omnis maledictio, contra Deum prolata, blaſphemia dicetur, ut patet extra, de maled. per Rubricam, & capitulũ ubi videtur, Rubricam intitulari de Maledicis, & tamen capit. loquitur de blaſphemis, & ibi Gloſsa.

Bonitati diuina dupliciter derogatur.

Deus ſimpliciſsimus.

His ſtantibus quinque modis Deus blaſphemari poteſt. Primo, dũ enunciamus aliquid de Deo, quod ſuę Diuinę Maieſtati repugnat, & hoc fit uel attribuẽdo ei, quod ſibi non conuenit, dicẽdo, Deus eſt iniuſtus, partialis, improuidus, crudelis, traditor, iniquus, inuidus, & ſimilia. Vel auferendo ab eo, quod ſibi proprium eſt, dicẽdo, Deus non poteſt facere hoc, uel illud, ſi in ſe poſſibile eſt fieri, Deus non intelligit hæc inferiora, nõ habet curã de nobis, nõ aduertit omnia minima quæ fiunt à nobis, non poteſt tale peccatum remittere, & ſimilia, idem eſt, ſi dicatur, *al diſpetto di Dio,* quia tãtũ valet, ac ſi diceret. Deus

Deus quinq; modis blaſphemari poteſt.

hæc

Digitized by Google

hęc prohibere nequit, aut de hoc præualere non ualet, ad idem reducitur ſi utitur talibus verbis, & ſi Deus non facit hanc uindictam, non credam eſſe iuſtum, ſi non uidero hanc ruinam, fidem negabo, optat enim, quæ ſunt contra Dei benignitatem. Hic modus blaſphemandi dicitur, hæreticalis, id eſt ſi quod ore affirmat, corde crederet, hæreticus eſſet cenſendus, imò infidelis, nec ideo dicetur hæreticus, vel infedelis; nam infedelitas conſiſtit in diſſenſu, circa ea, quæ ſunt fidei, blaſphemia autem, in dicendo tantum quæ ſunt contraria fidei, credit namque contrarium eorum quę dicit, nam quis credens Deum omnipotentem, ita, vt oppoſito aſſentiri nequit, dicere poteſt, Deus non poteſt hæc facere, ſolum ut iniuriam ei faciat, & delectetur in illo mendacio, & ſic coleram ex ira conceptam euomere. Ad hunc ordinem blaſphemiæ reducitur illa, quam perditi homines contra beatam, ſemperque Virgine Mariam proferre ſolent, dicendo *puttana della Vergine Maria*, eſt enim hæreticalis, ideſt ſi tale de Virgine ſentiret hęreticus eſſet. Vnde in Regno Siciliæ ultra mare, Inquiſitores contra hanc blaſphemiam ex officio Inquiſitionis procedunt, huius ſpeciei ſunt etiam blaſphemię, quibus vtuntur Hiſpani, dicendo: *non credo in Dios, renego Dios*, quod eſt ipſum abnegare, & adiurare, vnde infedelitatis ſpeciem quandam ſignificat.

Blaſphem. hæreticalis quare dicatur. *Infidelitas in quo conſiſtat.* *Blaſphem. hæreticalis contra B. Virginē Mariam.* *Blaſphemia Hiſpanorum.*

Secundo dum appetimus Deo, quę illi inconuenientia ſunt, dicendo: ſit maledictus, ſit occiſus, veniant hęc vel illa mala, & ſimilia. Huius cōditionis ſunt illę aliæ blaſphemiæ Hiſpanorum dicētium *peſſe à Dios, per vida de Dios*, nam *peſſe*, tantum valet, quātum dicere, diſpliceat Deo, eumque tædeat huius, vel illius rei; per quę uerba coleram, quam de alio concepit, in Deum reſpuit, Dicendo autem *per vida de Dios*, non eſt tantum iurare, ut aliqui.

Secundus modus blaſphemandi. *Blaſphemia Hiſpanorum.*

Itali credunt, ſic dicendo, hoc eſt Deum in teſtem adducere, ſed aliquid execrabilius, nam cum homo dicit per uitam filij mei, eius uitam ultioni Dei ſubdit, ſi falſo atteſtatus eſt, cuius ſenſus eſt, quod dico, eſt verum, per uitam filij mei, hoc eſt ſi uerum non dico, Deus filio meo uitam auferat, ita in propoſito, dicendo per vitam Dei, perinde eſt, ac ſi dixerit, Deus de ſe ipſo ſupplicium ſumat, ſi mentior, vnde ſi falſo ſic iurat, Deum blaſphemat. Ad hanc ſpeciem blaſphemiæ, quæ longe differt à prima, reducitur deteſtatio diuinæ Iuſtitiæ, eorum, qui vellent Iuſtitiam non inueniri, neque infernum, ut liberius peccare poſſent, & quia cognoſcunt hoc eſſe non poſſe, odio habent Deum, & vellent Deum non eſſe iuſtum, beatum, bonum, & ſimilia, velut damnati in inferno, qui Deum blaſphemant hæc deſiderando, eſt enim blaſphemia mentalis; & credo quòd poſt vniuerſalem reſurrectionem, erit vocalis, iuxta illud Pſal. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum.

Blaſphemia eſt, iurare falſum, per vita di Dio. *Deteſtatio diuina iuſtitia.*

Tertio, dum ea quæ contra Deum dicta ſunt etiam contra ſanctos proferūtur, eos deteſtando, maledicendo, malum eis optando, de eis inconuenientia affirmando, & conuenientia negando, & ſimilia, nam ſicut laudatur Deus in ſanctis ſuis, inquātum in eis multa bona fecit, & quotidie operatur per eos, ita dū eos ſpernimus, maledicemus, eorum opera, miracula, & ſanctitatem calumniamur, Deū in ſanctis ſuis inhonoramus. Ad hunc modū blaſphemādi reducūtur omnes blaſphemię creaturarū, nā qui maledicit cœlū, & terrā, & opera manuū eius, inquantū ſunt eius, ēt Dęmonē, vt eius creatura eſt, perinde eſt, ac ſi Deū eius creatorē, malediceret. Dico (inquantū ſunt eius) nā maledicendo creaturas ſimpliciter, nil aliud intendendo, v. g. deambulando pedem in lapidē impingit, maledicit lapidi offendenti, ſentiendo ventū frigidū, & moleſtū maledicit vento, patiendo aliquas tentationes maledicit Diabolo, homines ſollicitanti, & ſimilia, erit veniale. Quid de blaſphemantibus dies, menſes, & annos? Dī ſi male dicendo diei, nil aliud intelligit, quā ſpatium tēporis, eſt veniale, ſi aūt ſanctū

Tertius modus blaſphemandi. *Blaſphemātes Sanctos.* *Blaſphemātes creaturas.* *Blaſphemātes dies, et annos.*

Digitized by Google

qui celebratur in illa die, mortale eſt, & ſic de alijs temporibus iudicandũ eſt.

Quartus modus blaſphemandi, proferendo inhoneſta de Deo et ſanctis.

Quarto dum de Deo, & ſanctis irreuerenter aliqua inhoneſta nominantur, vt fit, dum iurant homines, per culum Dei, vel ſanctorum, & alia ſimilia pudẽda nominando: tunc eſt peccatũ mortale, qñquidem hoc non eſt iurare, ideſt membra illa in teſtimoniũ afferre, ſed vituperijs Deum, & ſanctos ſordidare.

Quintus modus blaſphemãd. Dei mẽbra honeſta irreuerẽter nominare eſt blaſphemare.

Cõſcientia erronea facit peccatũ mortale.

Quinto, dum Deo, & ſanctis aliqua vera, & honeſta aſcribuntur tñ cum magna irreuerentia, ꝙ fit dum iurant homines per corpus, caput, vel ſanguinem Dei aut ſanctorum, verum circa hæc homo tripliciter ſe habere poteſt, & primo reſpectu Dei, ſi nominando iſta mẽbra ea Deo attribueret, ut Deus eſt, circa Deitatem errorem induceret; & eſſet Blaſphemia primæ ſpeciei hæreticalis, ſi autem illa ei attribueret, vt Deo humanato, nõ eſſet error, omnia enim hæc de Deo inquantum homo, dici poſſunt, verum ſi de Deo inquantum homo, & ſanctis cũ magna irreuerentia diceret, eſſet peccatum mortale, ſi verò ſimpliciter iurando conſcientia erronea faceret eſſe mortale, dũ ita dicẽdo crederet eſſe blaſphemare, ſi denique ſine his circunſtantijs proferrẽtur, nõ eſſet blaſphemare, ſed iurare tantum; ꝙ ſi fit cum veritate non eſt peccatum, ſaltẽ mortale.

De inſtantia.

Contra hoc arguitur, 2.2.q.1. cap. Clericum, prohibetur Clericis iurare per creaturas, ſub acerrima pœna, & ſequenti cap. dicitur, ſi quis per capillum Dei, uel per caput, iurauerit, blaſphemia eſt, & ſi eſt Clericus deponatur, ergo quomodocunque per membra Dei iuratur, erit mortale. Ad hoc dicitur, quòd tempore, quo Canon ille fuit conditus, Chriſtiani viuebãt inter infideles, qui creaturas aliquas, vt Deos habebant, ut Solem, Lunam, Mercurium, & ſimilia, vnde per eos iurantes, Deos atteſtabantur, & ideo Clericis, talis iuratio, pertinens ad infidelitatem, eorum habitum deturpans, prohibebatur. Quo ad aliũ Can. ſi quis, dicitur, quòd talis modus iurandi inducebat errorem, intelligendo Deum, vt Deum habere caput, & capillos, ideo Pius Papa hoc prohibuit, ſed de hoc latius in tertia parte, in materia iuramenti.

Nota.

Nota hic, quòd Caietanus, 2.2.q.13. artic.1. ait, hos quinque modos blaſphemandi non differre ſpecie, vnde confeſſarij varietatem blaſphemandi inquirere non debent, pro diuerſitate ſpecifica, ſed pro maiori, vel minori grauitate iudicanda. Si hoc eſſet verum, ſequeretur, hanc grauitatum varietatem, neceſſariam confiteri non eſſe, nam, vt in cap. de circunſtantiis, ex mente D.Tho. dicetur, circunſtantias, quantumcunque aggrauantes, ſi ſpeciem peccati non mutant, neceſſario confiteri non tenemur, ſed nemo ait, blaſphemiæ circunſtantiam hereticalem non eſſe neceſſario explicandam; vt liquet iudicioſo, ideo dico, ſaltem primum, & ſecundum modum differre ſpecie à reliquis. Et omnes prædicti modi blaſphemandi dupliciter fieri poſſunt, ſcilicet corde, dum homo interius huiuſmodi contra Deum, vel ſanctos cogitat, & ore, dum, quod menti concepit, extra euomit.

Blaſphemia eſt peccatum mortale per ſe.

Nota.

Actus repentinus, quando excuſat à mortali blaſphemiam.

Peccatũ hoc, ex ſuo genere, eſt mortale, quia charitati Dei repugnat, ſuæ diuinę bonitati derogando, vt dictũ eſt, poteſt eſſe veniale, ex ſurreptione, & repentino actu, quando ſcilicet ſine deliberatione procederet. Sed nota ꝙ actus repentinus ſolummodo non ſufficit, ait D.Thom. quo ſup. art.2. in reſpõſione ad tertium arg. poteſt enim aliquis, ex repentina paſſione, ad blaſphemandum moueri, quę cum non ſit tanta, aduertet ſe blaſphemare, quia cognoſcet verborũ ſignificata, quod eſſe non poteſt, ſine aliquali deliberatione, ideo nõ excuſetur à mortali, ſicut nec ille, qui aliquem, iuxta ſe ſedentem, ex ſubito motu Iræ, occideret. Sed, ſi dum blaſphemat, quod dicat, non aduertit, nec verborum ſenſus cognoſcit, quod accidere poteſt pluribus modis, vel ex repentino impetu paſſionis inſurgentis, mentem parturbantis, ita, ut non cõſideret quid dicat, & tunc ſi præuenit iudiciũ rationis, erit peccatum veniale, vel nullũ, vbi enim

delibe-

Digitized by Google

deliberatio nulla eſt,lęthalis culpę ratio eſſe nequit.Si autem impetus ille ſub ſequitur rationis iudicium,per imperiũ uoluntatis, vt ſupra diximus, ſi à iuſta cauſa prouocatus erit, illa inconſideratio excuſabit eum ; ſin autem ex cauſa iniuſta,puta ex ludo,& ſimilibus,non excuſabit à mortali, quamuis enim dicatur inuoluntarius,in ſe cõſideratus,quia nõ cognoſcit quid dicit, non tamẽ tollitur,quin dicatur voluntarius in ſua cauſa,ut expoſuimus ſupra. Vel inaduertentia cauſabitur ex quadam praua cõſuetudine,uel lata negligentia, qua homo peccata cauere non curat,retrahendo ſe ab illo malo habitu,tunc non erit ſine mortali, quia ibi quodammodo cõcomitantur ſuæ ſalutis contẽptus. Vel inaduertentia cauſabitur ex ignorantia ſignificationis verborũ,verbi gratia,quis non cognoſcit, ꝙ iurando,per uitam Dei,ſit blaſphemia,vt expoſuimus,tunc ait ſuppl.eſſe mortale,quia ignorans ignorabitur.Sylueſt.autem verbo.Igno.dicit minime. Ego aũt dico,ſi ignorantia prouenit ex impetu paſſionis,dic ut paulo ante diximus,ſi uerò prouenit ex negatione ſcientię,puta aduertit,quid dicit,& cum deliberatione dicit,tamen ignorat illum modum iurandi,ſeu loquendi,eſſe blaſphemum,& tunc dico,ſi eſt perſona ſimplex,quę hoc cogitare non ualet,excuſatur,ſi autem ſcire poſſet, ſed ex incuria non aduertit,non excuſatur,quia aduertere deberet,& ſi excuſaretur ſaltem à tanto, non tñ à toto.Vel impetus,prorumpens in blaſphemiam, proueniet ex ebrietate,& tũc idem iudicium erit de blaſphemia,quod de ebrietate, ſcilicet eandem culpam habebit blaſphemia, quam ebrietas, de qua ſupra locuti ſumus.

Inaduertentia, quãdo excuſat blaſphemum.

Auctor ignorantia quando excuſat.

Sed dubitatur,an qui maledicit proximo ſemper peccet mortaliter? Reſpondetur,qui proximo maledicit,ei malum,mortem,ſiue quodcũque aliud damnum notabile,ex corde deſiderando,mortaliter peccat,quia cõtra charitatem delinquit. Dico(ex corde)quamuis enim aliquis iratus, ex impetu coleræ blaſphemet aliquem,dicendo,veniat ei hoc,uel illud malũ,quod in animo nollet,ut eueniret,non per hoc læthaliter delinquit, ut facere ſolent matres,dum filios blaſphemant, unde abſque tali deſiderio,ueniale eſſet, quia charitas nõ offenditur. Dico etiam (damnum notabile) nam paruitas mali optati, facit actum eſſe venialem.

Dubium.

Blaſphemare proximũ,eiq; maledicere, quando ſit mortale.

Peccatum blaſphemiæ,ut ait D.Th.quo ſup.art.3.opponitur confeſſioni fidei,nam quod fides confitetur,blaſphemus ore negat,quãuis corde nõ diſcredat,& quantũ ad hoc reducitur ad genus infidelitatis: vnde ſicut infidelitas,ſecundum genus ſuum,eſt maximum peccatũ,ita & blaſphemia.Sed an pręponderet homicidio,quod maius nocumentum infert,quàm blaſphemia? Reſpondetur,ſi peccata comparentur ſecundum obiecta,blaſphemia ſuperat homicidium,eſt enim directè contra Deum, & homicidium contra proximum, ſed ſi comparentur ſecundum effectus , & nocumenta data, homicidium pręfertur blaſphemiæ,infert enim magnum nocumentum proximo: vnde inter peccata contra proximũ in grauitate,primum obtinet locum,blaſphemia autem nihil nocumenti Deo inferre poteſt.Verum quia ſimpliciter loquendo,in grauitate culpæ magis attendenda eſt intentio peruerſa,quàm operis effectus: vnde cum blaſphemus Deo nocere intendat,ſua peruerſa uoluntate,hinc fit,ut quod manibus efficere nequit,uerbis iniurioſis ſibi ſatisfacit,ex quorum ſignificatis, datur intelligi,quid de Deo blaſphemus facere uellet,ſi poſſet,ideo grauiſſimum eſt,& hoc maximè,quo ad primam & ſecundam ſpeciem. Merito igitur reſeruatur Epiſcopis eius abſolutio,quod intellige , ſecundum Panormitanum in c.Statuimus,de maledic.quando blaſphemia eſt publica,occultum autẽ omnis cõfeſſarius abſoluere poteſt. Sed dubium eſt quando dicatur eſſe publica? Dicunt ferè omnes,tunc blaſphemia dicitur publica, quando fit coram pluribus perſonis,ita,vt facile probari poſſit.Sed vlterius inquiritur,quot perſonæ

Blaſphemia opponitur cõfeſſioni fidei, & ideo maximum peccatum eſt.

Dubium.

Comparatio peccatorum.

Homicidium eſt grauius inter peccata contra proximum.

Blaſphemia publica reſeruatur Epiſcopis.

Digitized by Google

requiruntur, vt publica dici queat? Aliqui dicunt decem, alij ſeptem, alij verò quinque; ſed omnes iſti imperfectè loquuntur. Hoſtien. ait, blaſphemia, tunc eſt publica, quando eſt notoria, vel de iure, vel de facto, ſed hic non pauſat animus: ideo adhuc ultra quęritur, quid eſt notorium iuris, & quid facti, notoriũ iuris propriè tunc eſt, quando aliquid conſtat in actu iuridico, ideſt in iudicio, & hoc ſufficit per tres, aut quattuor perſonas, verũ quia hoc habet locum tantum in iudicio exteriori, tranſeat, nunc autem inſiſtendum eſt, pro confeſſoribus, in iudicio animæ, ideo dicendum, blaſphemiam tunc eſſe publicam, vt ſit Epiſcopo reſeruata, quando eſt notoria, notitia facti, pro quo eſt aduertendũ, quòd notorium facti, quantum ad noſtrum ſpectat propoſitum, tres conditiones habere debet; ſcilicet multorum hominum notitiam, qualitatem loci, & temporis. Quantum ad primum, ſciendum eſt, quòd multum, & paucum, vt ait Ariſtot. ſunt relatiua, decem enim homines in Ciuitate, dicimus eſſe paucos, quos eoſdem in Villa, dicimus eſſe multos, vnde ſequitur, vnum, & eundem numerum reſpectu diuerſorum, quandoque eſſe multum, quandoq; paucum. Hinc habemus, ſi quis blaſphemat in publica platea, in mercato, aut nundinis, minus, quàm coram decem, uel ſaltem nouem, audientibus hominibus, non dicetur publica, quia talis locus non requirit minorem numerum, ad faciendũ notorium facti, per tex. & Glo. 10. q. 3. Dixi (audientibusque) quia ſi ibi eſſent centum homines & illorum nemo audierit, uel quia à longe manebant, uel quia, ita ſummiſſa voce blaſphemauit, vt audire non poterant, non per hoc dicetur notorium, ſi blaſphemat in foro villæ, ſufficit, ſi ſunt ſeptem, quia reſpectu loci, dicuntur multi, ſi blaſphemant in vicino, uel taberna, uel ſimili, ſufficit, ut ſint, ſex, uel ſeptem, prout erit uicinum, uel locus, ſi blaſphemat in refectorio fratrum, ſufficit, ut ſint quinque, & ſic de ſimilibus iudicabis. Quantum autem ad qualitatem loci, dicitur, non omnis locus facit blaſphemiam eſſe publicam, etiam ſi ſint coram tot viris, ſi quis namque blaſphemaret ſemper domi, coram filijs, & famulis, etiam ſi eſſent plus quam decem, non dicetur publicus blaſphemus, niſi coram extraneis, ibi conuenire ſolentibus, nec ſi eſſet natura, blaſphemando ſemper in naui, coram ſocijs, uel mulio per uiam incedendo, ſequens mulum, ſiue in alio loco ſimili, & ſecreto, dicetur publicus blaſphemus, ſed qui indifferenter ubicunque inuenitur, ſiue in foro, ſiue in vico, vel quocunque alio loco publico, ſine reſpectu circunſtantium, in blaſphemiam prorumpit, quod Confeſſor facilè iudicabit, ſi cognoſcet pœnitentem, hoc facere, ex malo habitu. Quantum uerò ad qualitatem temporis, oportet, vt actu iſte fiat in die, concurrentibus prędictis circunſtantijs, ſi enim fieret de nocte, non diceretur notorius. Hæc ex Panormitano, in cap. Veſtra, de cohab. Cleric. & mulier. Quidquid aliud dicant Doctores, ſuper publico, manifeſto, & notorio pertranſeo, eſſet enim confeſſarios confundere, ideo ſequendo hanc regulam, credo, quòd non errabunt in foro animæ, ubi molliendo rigorem iuris, mitius proceditur.

Hoſtien.

Notorium iuris.

Blaſphemia quando dicatur eſſe publica.

Notorium facti.

Confeſſores aduertant.

Contumelia.

Contumelia, ut eſt filia Iræ, dicitur à contumeo; quod eſt quaſi, tumens, ex ſpiritu Iræ in verba cõtumelioſa, & detractionis prorumpens, quantum proprietas, differentia, culpę grauitas, quid ſit, & quando eſt locus reſtitutionis, inferius, in cap. de reſtitutione famæ, dicetur.

Clamor.

Clamor importat inordinatam, & confuſam locutionem, immoderatam vociferationem, in genere moris, & tanta eſſe poſſet inordinatio ſcandaloſa,

Digitized by Google

loſa, in loquendo, & uociferando, vt eſſet mortale, ſed regulariter eſt veniale, ſi non includit uerba offenſiua, contra charitatem.

Rixæ.

RIxę important omnia nocumenta, proximo facta, conſiſtentia in facto, vt ſunt auferre bona furtiuè, vel cum violentia, damnificare in bonis, deuaſtando, lites mouendo, damnificare in perſona, perſequendo, carcerando, libertatem prohibendo, verberando, mutilando vel occidendo, & ſimilia, quæ nocumenta propriè loquendo, ſunt actus iuſtitiæ, dicuntur tamen filiæ Iræ, quia ex ea ortum habent, ad finem uindicandi.

De Indiuidia ſexto capitali peccato.

INuidia, vt ait D.T.2.2.q.36.art.1 eſt triſtitia de bono alterius, quatenus eſt diminutiuum propriæ gloriæ, & excellentiæ inuidi. Dixi (eſt triſtitia) pro genere, quia Dam.lib.2.de fide orthodoxa, Inuidiam ſpeciem triſtitię eſſe ponit, & meritò inuidus enim aſpiciẽs aliquid, ſub ratione ſibi nocui, & illud repellere non valens, triſtatur, ac ſi eſſet malũ proprıũ, quid ſit iſtud (aliquid) ſubiungitur (de bono) & quia bonum, vt bonum triſtitiam non cauſat, niſi inquantum ſub rõne mali apprehenditur, quod bono proprio accidere non põt, ſed alieno; ideo dixi (alterius ergo bonum alterius apprehenſum, ſub rõne proprij mali, eſt obiectum triſtitię, quam cõcipit inuidus. Bonum autem alterius, ſub ratione proprij mali apprehendere, contingit dupliciter, vel dum, ex illo bono alterius concipit alicuius nocumenti periculum, puta dum videt inimicum diuitem effectum, aut in aliquo gradu, ſeu dignitate exaltatum, aut ſe prę ualenté, triſtatur, ne per hanc exaltationem eũ opprimat, aut lædat, & hęc triſtitia non dicetur Inuidia, ſed potius effectus cuiuſdam timoris. Vel dum, per illud bonũ, cogitat ſuũ bonũ diminui; inquantum alius pręfertur, ipſe repudiatur, alius extollitur, ipſe opprimitur, ita, vt non poſſit attingere excellentiam, quam appetit, aut dũ alius de aliquo bono ſatis laudatur, vnde gloria ſua obſcuratur, ex quare triſtatur, & inuidet: ideo dictũ eſt, Inuidia eſt triſtitia de bono alterius, nõ ſimpliciter, ſed quatenus eſt diminutiuum proprię glorię, vel excellentiæ. Hinc ſequitur, Inuidiam eſſe inter pares, non enim inuidus triſtatur de illo, qui multum ab eo diſtat, in aliquo ſtatu, puta ciuis non inuidet magno Principi, de ſtatu eius; eſſet n. uanitas magna, neq; de illo, qui diſtat facultate, & arte; puta Doctor non inuidet artifici excellenti in ſua arte, ſed alij Doctori eum excedenti, in communi doctrina, per cuius exceſſum diminueretur de honore, in quem aſpirat, ac de eo, quem æquare poteſt in aliquo bono, & præferri in aliqua excellentia, gloria, & honore. Dico (in excellentia, gloria, & honore,) Inuidia namq; præcipuè inuenitur in Ambitioſis, & ijs, qui in opinione hominum, magis honorati, & excellentes in ſua facultate, & arte apparere deſiderãt. Neq; Inuidia eſt de bono antiquo, & pręexiſtenti, ſed de vicino aduenienti; puta Mercator non inuidet alij mercatori, habenti ab antiquo multo maiores diuitias, ſed illi, qui ſimilis erat ei, & à fortuna exaltatus, per aduenientes diuitias, magis æſtimatur, & ueneratur, ipſe autem conculcatur, ille tranſit in maiorem ſtatum, ipſe uerò remanet: ideo triſtatur, & hæc triſtitia uocatur propriè Inuidia, & tanto magis creſcit, quanto plus exceſſus boni alterius, vel excellentiæ, aduenit præter iſtã, omnis alia triſtitia de bono alterius, largo modo dicetur Inuidia. Sed dubium oritur, nunquid omnis triſtitia de bono alterius ſit peccatum? Reſpondetur ꝙ triſtari de bono alterius, quattuor modis contingere poteſt. Primo aliquis triſtari poteſt de bono alterius, non quia impediret ſibi, quę optat, ſed quia ex eo timet aliquod nocumentũ futurum, uel ſibi

Definitio.

Obiectum triſtitia.

Triſtitia quãdoq; cauſatur ex timore.

Triſtitia quãdoq; cauſatur ex inuidia.

Inuidia eſt inter pares.

Inuidia eſt in ambitioſis.

Dubium.

Triſtari de bono alterius cõtingit quadrupliciter.

ſibi, vel alijs: & hic modus triſtandi non eſt inuidia, vt dictum eſt, ſed effectus timoris, quæ quidem triſtitia poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato, ſicut & timor, tunc autem peccatum non eſſet, diſplicentiam habere de bona fortuna alicuius, ſ. potentia, diuitijs, & huiuſmodi, quando probabiliter timeremus, talem illis bonis male vſurũ, vel contra nos; puta quia eſt inimicus, qui iniuſtè nos perſequeretur, vel cõtra amicos, vel bonum cõmune, ſiue temporale, ſiue ſpirituale, eo ꝙ eſt Tyrãnus, aut homo inquietus, & pacis ꝑturbator, in cuius manu ita ſe habent diuitię, aut poteſtas, ut gladius in manu furioſi: vnde non ſolum peccatum non eſſet, de ſua felicitate triſtari, verum etiã, ne de ſua mala fortuna, & ruina gaudere: quando per talium bonorũ amiſſionẽ crederetur, illum debilitari & à perſecutione deſiſtere: Vnde Gregorius 22. Moralium, ait Euenire plerumq; ſolet, ut non amiſſa charitate, & inimici nos ruina lætificet, & rurſum eius gloria, ſine inuidiæ culpa, contriſtet, cum & ruente eo, quoſdã benè erigi credimus, & proficiente illo pleroſq; iniuſtè opprimi formidamus. Tunc autem peccatum eſſet, huiuſmodi homines timere: quando nõ exiſtẽtes culpabiles crederemus illos iuſtè poteſtate vſuros, quia ſunt homines ſeueri, vel quando contra nos aliqua iura prætendentes, & propter impotentiã ſuam recuperare non ualentes, per diuitias nouiter aduenientes, iuſtè nos perſequerentur, & ex conſequenti, triſtari de eorum felicitate, & exaltatione, eſſet mortale, quia talis triſtitia habet annexam malitiam directè, cõtra iuſtitiam. Hinc ſequitur. Qui habet poteſtatem eligendi Prělatum, Abbatẽ, Epiſcopum, Syndicum, vel quemcunque in ſibi ſuperiorẽ, in dando ſuffragia, vel uota ſi nõ eligit dignos, eo quod timet eorum ſeueritatem contra ſe, iuſtitiã miniſtrando, aut ſe, corrigendo, aut debita ſoluere, & adminiſtrationis rationem reddere, faciendo, & ſimilia, ſed ex induſtria eligit eum indignum, qui ei cõpatiatur, peccat mortaliter, & tenetur de omni damno. Secundo aliquis triſtari poteſt de bono alterius, non quia ſibi deeſt tale bonum, vellet enim ipſe, velut & ille, talia habere bona, & iſte modus triſtandi nõ eſt Inuidia, vt vulgus ſentit, ſed potius dicitur zelus, ut ait Philoſophus, nos autem dicimus ęmulationẽ; quæ triſtitia, & ęmulatio, ſi eſt de virtutibus, & bonis ſpiritualibus proximi, puta quia proximus proficit in aliqua virtute, ipſe aũt minimè: vnde contriſtatur, & uellet, ſicut & ille proficere, bona, & laudabilis ęmulatio eſſet: iuxta illud Pauli ad Cor. 14. Æmulamini ſpiritualia: ſi autem iſte zelus, & ęmulatio fuerit circa bona temporalia, quandoq; cum peccato erit; quod ideo dico: quoniam ſicut deſiderare bona temporalia quandoque eſt peccatum, & quandoque non, ita eorum ęmulatio, deſiderium autem bonorum temporalium, abſolutè loquendo, eſt naturale, his namq; homo indiget, propter neceſſaria vitæ, & ut commodè viuat; ad hęc enim ſunt ordinata; itaq; dum homo indiget ſecundum conditionem ſui ſtatus, ſi æmulatur proximo abundanti bonis fortunæ, non peccat, tunc autem deſiderium bonorum temporalium vitioſum eſſe poteſt, quando erit male circunſtantionatum, ſcilicet uel deſiderando quædam ſpecialia bona, ſibi inconuenientia, non enim congruit cuicunque, quodcunque bonum, vnde eorum æmulatio eſſet vitioſa, vel deſiderando multas opes, propter aliquas ſuperfluitates, vltra ſtatus decentiam, & qualitatis perſonæ conuenientiam, ita æmulari pinguiorem fortunam proximi, erit peccatum. Poſſunt hæc eſſe venialia, uel propter actus, imperfectionem, vel paruitatem rei deſideratæ. Et ſi huiuſmodi deſiderium eſſet, vt proximum conculcaret, & opprimeret, peſſimum eſſet: ita quoque & æmulatio. Tertio aliquis triſtari poteſt de bono alterius, eò quo ille indignus eſt tali bono, quæ triſtitia, indignatio vocatur, & non Inuidia. Et nota quod hic non intelligo de bono honeſto, uel ſpirituali: quo aliquis iuſtus efficitur apud Deum, eſſet

Triſtitia ex timore, quandoq; ſine peccato.

Eligens indignum ſibi in ſuperiorem.

Triſtitia, quæ dicitur zelus, uel æmulatio, quandoque bona.

Aemulatio bona.

Deſiderare bona temporalia, quando ſit peccatũ et quando non.

Triſtitia quæ dicitur indignatio, quando ſit mala, & quando bona.

Digitized by Google

eſſet enim contra charitatem, de talibus indignari, ſed de bonis fortunę, quæ communiter dignis, & indignis dari ſolent, de quibus Poeta indignè ferens, ait.

O quanto indegni ſon di lor fortuna.
Quei che hanno i ſcettri in man, nè ſanno vſarli.

nec de bonis fortunę indignis datis, quatenus ex ipſis timemus, aliqua mala prouenire, quia vt ſic, pertinet ad timorē, de quo paulo ſupra loquuti ſumus, & non ad indignationem, de qua eſt ſermo, & hoc modo indignatio, quandoque erit cum peccato, quandoque minimè, poteſt enim bonum, quod poſſidet indignus, dupliciter conſiderari, vel ſecundum ſe tantum, quatenus inconſonans eſt naturæ, ſicut Leonem habere faciem hominis, & tunc Indignatio non eſt peccatum, videre namque ignorantem aſſumi ad aliquam dignitatem, aut fatuum ſortiri aliquem ſtatum, in quo ineptus eſt, aut abiectum, & vilem habere multas diuitias, quas diſpenſare neſcit, vt decet liberalem, aut denique aliqua alia bona fortunæ, quibus uti neſcit, indignitas quędam eſt, ac per hoc, rationem iniuſti habere uidetur talis diſſonantia, ut monſtrum in natura, & quia hęc diſtributio, ſecundum humanam prudentiam, quoddam malum eſt, ideo de huiuſmodi indignari, non eſt peccatum: Quis non indignaretur, uidendo margaritas in poſſe porcorum, cum talia rationi diſſona ſint? Et notanter dixi (ſecundum humanam prudentiam) ſecundum quam Ariſto. 2. Rhetor. reputat hæc eſſe mala, ſecundum autem diſpenſationem diuinam, aliter dicendum, ideo ſecundo dico.

Indignatio quādo ſit peccatū et quando non.

Bonum indignis datum ſecundū humanam prudentiam, eſt quoddam malum.

Alio modo bonum indigni cōſiderari poteſt ſecundum omnes circūſtantias conuenientes, & à Chriſtiano conſiderandas, non iam à Philoſopho, & tūc diuitiæ, dignitates, potentia, honor, & huiuſmodi, debita dignis, cum ſint quędā diſtributiones diuinę prouidentię, rationē boni habent: malum namque, quod ſecundum moralem rationē, in huiuſmodi inueniri poteſt, aut erit malum culpæ, aut malum pœnæ, ſed nulla apparet ratio mali in ipſo habente, cum per ea nulli noceat, & ſi quid mali apparere videtur in actiua diſtributione talium bonorum, cum non diſtribuantur ſecundum proportionem perſonarum, quibus diſtribuendum eſt, & rerū quę diſtribuendę ſunt, malum hoc accidit generi humano, danti indignis, quę debentur dignis, de quo ſcriptum eſt, omnes quærūt quæ ſua ſunt, & non quę Ieſu Chriſti. Quatenus autem hęc actiua diſtributio eſt actio Diuinæ prouidentiæ, quæ huiuſmodi bona temporalia, ideo quandoque viris bonis non dat, quia non ſunt vera bona, quæ ſub meritū eſſentiale cadere poſſint, nā in cōparatione ad futura bona, quæ ſeruantur bonis, & dignis qui in Eccleſia Dei quotidie laborant, pro nihilo reputantur, vnde quandoque ſubtrahuntur ab eis, ut maiorem gloriam conſequantur, & ſi quandoque dantur in ordine ad uitam ęternam dantur, præuidendo bonum vſum eorum, quia ſic ſolum cadunt ſub meritū de congruo, & ſi quandoque auferunt, ideo auferuntur, quia ſic expedit eorum ſaluti; indignis verò, quando hęc temporalia bona dantur, ſecundum fidei doctrinam debemus tenere, ait D. Th. 2. 2. q. 36. art. 2. illa diſponi, ex iuſta Dei ordinatione, vel ad eorum correctionem, uel ad eorum damnationem. Vnde concludendum eſt de huiuſmodi Dei effectibus indignari, peccatum eſt, prohibetur enim hæc triſtitia in ſacra ſciptura, dicente Pſ. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris, facientes iniquitatē. Quarto aliquis triſtari poteſt de bono alterius, in quantū alter excedit ipſum in bonis, à quo iudicat opprimi poſſe, & hoc modo propriè eſt inuidia, vt dictū eſt, & hæc triſtitia ſemper eſt cum peccato, eſt enim contra charitatem proximi, quæ, ut ait Paulus, non æmulatur, & quia directè tendit contra charitatem proximi, ideo ex genere ſuo eſt mortale; pōt aūt eſſe ueniale, ut dictum eſt, uel ex paruitate rei, circa quam eſt Inuidia, puta dum aliquis uincit in ludo, aut melius,

Bonum indignis datum ſecundum prouidentiam diuinam nō malum.

Bona temporalia non cadūt ſub meritū eſſentiale.

Triſtitia, quæ propriè dicatur.

Inuidia eſt peccatū mortale ex proprio genere.

lius,canit,eo quòd meliorem vocem habet,& huiuſmodi,vel ex actus imperfectione,dum ſubitus motus ſenſualitatis exurgens, iudicium rationis præuenit, à qua etſi ſtatim non reprimitur,ſaltem non acceptatur, in qua acceptatione conſiſtit perfecta ratio peccati mortalis,in actionibus mortalibus.

Inuidus inuidia conſumitur.

Quod peccatum, quamuis habeat pro obiecto bonum proximi, non tamen illum offendit, dum in corde eradicatur,ſed ipſummet inuidentem,vnde dicitur Inuidus Inuidia cõſumitur, deinde cũ firmatũ eſt aliquas filias pullulat, ea ratione,qua vitium capitale eſt,quibus poſtea proximus offenditur,inuidus namque,ſentiens ex triſtitia concepta perſecutionem interius, incipit ſuo conatu alterius gloriam diminuere,vel occultè,& tunc ſequitur Suſurratio; vel manifeſtè,ex quo ſequitur Detractio, quòd ſi conſequitur ſuam intentionem, gaudet de illius aduerſitate,& ſi non poteſt, affligitur de illius proſperitate. Quæ triſtitia,ſi durat,poſtea generat odium.

88 *Inuidia quinque ſpecies.*

Hinc habemus quinque ſpecies Inuidiæ,ſcilicet Suſurrationem,Detractionem,Gaudium de proximi aduerſis,Afflictionem de proſperis,& odium.

Suſurratio quid. *Detractio, quid.*

Suſurratio,& Detractio in materia conueniunt,vtraque enim conſiſtit in dicendo occultè malum de proximo, ſed differunt in intentione, nam detractor intendit famam proximi denigrare,de qua loquemur inferius,in cap.de reſtitutione famæ,vbi dicemus,quot ſunt eius ſpecies,quando eſt mortale, & quãdo ueniale,& vbi eſt locus reſtitutionis. Suſurro autem intendit ſeparare amicitiã inter diligentes ſe,profert enim mala de proximo cui inuidet,per quę commouetur animus audientis,& conturbatur ſecundum illud Eccleſ.c.28. Vir peccator conturbabit,& in medio pacem habentiũ immittit inimicitias. Vnde Suſurro dicitur propriè bilinguis,vtitur enim duabus linguis,inter duos, dicendo vni malum de altero ſeminando diſcordiam,per quam nititur,ex vtraque parte amicitiam rumpere,ideo in Eccleſ.paulo inferius dicitur:Suſurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbabit pacem habentes. Et quia amicitia eſt maius bonum quam fama,& honor,vt ait D.Tho.2.2.q.74.a.2.Ideo Suſurratio dum iſtos effectus producit,eſt maius peccatum,quã Detractio,& Contumelia,(quãuis Detractio ſit magis periculoſa,propter famæ reſtitutionẽ,)vnde cum hoc peccatum conetur amorem extinguere, eo maximè offenditur Deus, qui eſt Amor & charitas. Hinc dicitur Prou.6. Sex ſunt, quæ odit Dominus,& ſeptimum deteſtatur anima eius.Et hoc ſeptimum,ponit eum,qui inter fratres diſcordiam ſeminat.Peccatum hoc, ſecundum rationem formalem, id eſt ſecundum intentionem, eſt mortale, ex ſuo genere,materialiter tamen, non eſt mortale,ſcilicet dum præſente amico,loquitur aliqua,ex quibus amicus contriſtatur,non ea intentione,ut eum contriſtet. Poſſet eſſe, ex hac parte mortale,ſicut detractio materialis,de qua infra uide.

Suſurro dicitur bilinguis.

Suſurratio peior detractione,eſt mortale de ſe.

89 *Odium quid, & eius obiectum.*

Odium eſt circa malum apprehenſum,quod odium ab amore cauſatur,nam obiectum amoris eſt bonum,& cõueniens,cum autem aliquid repugnet bono noſtro,inquãtum eſt impeditiuum,& corruptiuum ipſius,habet rationem mali vnde odimus illud, igitur malum apprehenſum eſt obiectum odij, quod ab amore cauſatur. Ex hoc dicitur,vt ſicut amor eſt quædam conſonantia appetitus ſenſitiui, & intellectiui, circa id,quod apprehenditur ſub ratione conuenientis,& boni,ita odium eſt diſſonantia quædam appetitus,circa id,quod apprehenditur,tanquam repugnans, & nociuum, quod, vt ſic, habet rationem mali. Hinc ſequuntur quędam Corollaria.

1. Corollariũ. Deus quomodo odiri po-

Deus ſecundum ſe ipſum apprehenſus,odiri nõ poteſt,quia eſt ipſa eſſentia bonitatis. Dixi(ſecundum ſeipſum)nam ſi apprehenditur per effectus ſuos, ſecundum quòd dicitur,Inuiſibilia Dei,per ea,quæ facta ſunt,intellecta,conſpiciuntur, odiri poteſt,iuxta illud Pſ. Superbia eorum,qui te oderunt, aſcendit

ſemper,

Digitized by Google

ſemper,qui enim apprehendit Deum,ut auctor eſt quorũdam effectuum,ſcilicet,ut eſt prohibitor peccatorum,per ſuam legem,inflictor pœnarum,& huiuſmodi,quæ hominis uoluntati deprauatæ repugnant,qui,vt delectetur in illis, uellet,pœnas non inueniri,ipſum odit,vnde dicitur Ioan.15.Nunc autem,& viderunt,& oderunt me,& patrem meũm.Quod pecatum eſt maximum,inter grauiora peccata,nam infidelitas,ex ueritatis odio cauſatur,& blaſphemia,ex odio ortum habet;& cauſa eſt potior effectu,ideo,&c.

teſt & quam maximũ peccatum ſit.

Veritas in vniuerſali odiri non poteſt,ait namq; Philoſophus.Ens, Bonum, & Verum conuertuntur,unde ſicut bonum odiri non poteſt,ita nec uerum,in uniuerſali,eſt enim quoddam commune bonum,quod conſonans eſt, & ideo amabile, in particulari autem odiri contingit,inquantum contrariatur bono, ab odiente amato, quod tripliciter eſſe poteſt.Vno modo ut eſt cauſa alicuius rei,quæ nobis diſplicet,uolens enim non eſſe uerum dictum mei inimici,ipſo exiſtente vero,odio ueritatem.Secundo modo,veritas odibilis eſt,pro quanto cognoſcitur ab aliquo,qui,per eam impeditur à ſuo deſiderio, puta peccator nollet ſcire,quę neceſſaria ſunt ad ſuam ſalutem,ut peccando,ei non imputaretur, quod pertinet ad ignorantiam affectatam eorum, qui vt liberius peccarent,ignorare uellent,quæ ſcire expedit,& dum illa ſciunt, ueritatem odiunt. In perſona quorum ait Iob.21. Scientiã uiarum tuarum nolumus.Tertio modo,cum aliquis in peccato manere uelit, triſtatur,quòd alij ſciunt, & cognoſcunt ſuum peccatum;& ſi dum illud occultat,aut defendit,redarguitur, odit ueritatem contra quos conſonat illud Prouerbium. Veritas odium parit.

2. Corollariũ Veritas quomodo odiri poteſt.

Ignorantia affectata, uide ſuprà.

Veritas odiũ parit.

Homo non pōt odire ſeipſum per ſe loquendo, vnuſquiſq; enim naturaliter vult ſibi bonum, & ſi aliquando vult ſibi malum,illud deſiderat, ſub ratione boni,qui enim mortem deſiderat,ideo deſiderat,quia putat per eam à calamitatibus exire,in quibus inuenitur,per accidens autem multoties homo odit ſe ipsũ,uel reſpectu illius,quod appetit ſub ratione boni,qđ eſt ſimpliciter malũ,unde ſeipſum offendit, quod eſt ſe odire uel reſpectu ſui ipſius,cui vult bonum,quod ſic oſtenditur.Vnumquodque dicitur eſſe ſecundum id,quod principalius in eo eſt,cum ergo homo habeat corpus,& animam,quę principalior eſt in eo,ſi quod propriè,& uerè eſt,ſecundum animam eſt,& nòn ſecundum corpus,unde quando vult ſatisfacere ſenſualitati,peccando,& vult bona corporis,contra rationis debitum,puta non vult ieiunare,quando tenetur,ut corpus conſeruet,nec alia præcepta obſeruare,ut corpus non patiatur, tunc odit animã ſuam,de quibus ait Pſalm.Qui diligit iniquitatem,odit animam ſuam, imò ſeipſum, cum per animam ſit,quod verè eſt.

3. Corollariũ. Homo quomodo poteſt ſe ipſum odire.

Odium propriè,& per ſe fertur in proximũ,quia cauſatur ex triſtitia,de bono proximi concepta,ut dictũ eſt.Sed nunquid omne odium in proximum ſit peccatum;Reſpondetur,odium,& amor reſpectu proximi,ſunt eiuſdem rationis,ideſt tantum de ratione mali habet odium,quãtum amor de ratione boni. Proximo debetur amor,& charitas ſecundum id,quod habet à Deo,à Deo habet naturam,& gratiam,ergo proximum amare debemus,ſecundum ſuam naturam,& omnia dona gratuita,ſiue ſpiritualia,ſiue corporalia,à Deo ſibi data ergo qui odit in proximo naturã,& dona à Deo illi data,peccat contra charitatem.Pręter hęc in homine ſunt aliquid,quod habet à ſe,ſcilicet iuſtitię defectus,& virtutum moralium, & aliquid,quod habet à Diabolo,ſcilicet peccatum,quæ in proximo amare non debemus,& ex conſequenti illa odire in proximo,peccatũ non eſt. Contra quos ait Pſalm. *Iniquos odio habui,* nõ quantũ ad naturã,ſed malitiam.Hinc habemus,odire in proximo quoſdã defectus naturæ,ſiue à natiuitate allatos,ſiue per infirmitatẽ acquiſitos,peccatum eſt,nõ enim decet irridere,quæ facit Deus in homine,& loco pietatis,cũ negligere.

Dubium.

Odire in homine defectus naturæ, eſt peccatum.

De

Digitized by Google

De Accidia, Septimo capitali peccato.

90 *Accidia unde dicatur. Definitio. Triſtitia ſumitur pro tædio.*

ACcidia dicitur, quaſi acida; quæ enim acida ſunt, frigida ſunt, ideo qui cum aliqua animi frigiditate, tædio, moleſtia, ſeu diſplicentia, circa bona ſpiritualia, operatur, Accidioſus, uocatur, vnde ſic definitur. Accidia, eſt triſtitia, ſeu tædium de ſpirituali bono, inquantum eſt bonum diuinum, aggrauans animum, ita, vt nihil agere placeat. Pro quibus nota. Dixi (triſtitia) pro genere, ſunt enim triſtitię quattuor ſpecies, hic autẽ ſumitur pro quodam faſtidio; ideo ſubiũgitur in definitione (ſeu tædium) importat enim Accidia quoddam tædium, moleſtiam & diſplicentiam operãdi, circa bona ſpiritualia, tanta enim eſt nauſea accidioſi, circa bona ſpiritualia, ut nollet inueniri pręcepta obligãtia, verbi gratia ad confitendum ſemel in anno, ad miſſam audiẽdam die feſto, ad officium recitandum, & huiuſmodi, vt hóc non faceret, & ſi eſſet Monachus, aut Monialis, nollet inueniri regulæ cerimonias, & obſeruantiam aliquam, vt ad eas non teneretur, vnde quidquid facit, cum magno faſtidio, & tædio facit, ſentit enim in eorum obſeruantia quoddam grauamen, pro quo vehementer triſtatur, & merito, quoniam peccatum hoc tendit directè contra charitatem, vt dicetur. Sicut autẽ vbi eſt charitas, quæ per dilectionem operatur, nihil moleſtiæ ſentitur, ita vbi amor non adeſt, omnia cum triſtitia fiunt, ſignum iſtorum manifeſtum apparet in operarijs, & agricolis, qui dum, ſtipendio conducti laborant, cito laſſantur, quia non conferunt amorem in operam, quam faciunt, dum autem ſuper bonis proprijs laborant, eo quòd amore ducuntur, nunquã faſtidiunt, ſic ſe habet in ſpiritualibus, vnde Paulus in prima Corint. c. 13. dicit: Charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Dixi (de bono ſpirituali) nam triſtitia de bono corporali eſt contra charitatem proximi, quæ ad Inuidiam pertinet, ſed hæc eſt contra charitatem, quę eſt dilectio Dei, & ideo ab illa differt. Dixi (inquantũ eſt bonum diuinum) bonũ namque ſpirituale, uno modo poteſt accipi communiter, prout inuenitur in omni uirtute morali, non ita accipitur hic, quia vt ſic, nõ eſſet ſpeciale uitium, neque hic ſumitur, vt eſt corpori moleſtũ, & laborioſum, vnde homo illud refugeret, puta triſtatur de ieiunio, quia corpus macreſacit, triſtatur de quibuſdam abſtinentiis, quia corpus non habet ſuas recreationes, & ſimilia, hoc enim modo nõ differret à vitiis corporalibus, ut eſt Gula, quæ non vult abſtinentias, Luxuria, quę non vult quaſdam reſtrictiones, & huiuſmodi, ſed dicitur triſtitia de bono ſpirituali, in quantum eſt bonum diuinum. Et quia bonum diuinum tripliciter conſiderari poteſt, vel ut eſt in ipſo Deo, uel in amante Deum, vel in proximo, qui diligitur propter Deum: Charitas facit omnia hęc, gaudet enim de bono diuino, ut inuenitur in ipſo Deo, ut inuenitur in ipſo amante per gratiam, & vt inuenitur in proximo, cõſequẽter triſtitia hęc, quę charitati opponitur tripliciter de bono Diuino eſſe poteſt, vel ut eſt in Deo, & hoc ptinet ad odiũ Dei, de quo ſupra locuti ſumus, qui enim odit Deũ, triſtatur de ipſo Deo, vel ut eſt in proximo, & hoc pertinet ad Inuidiam, de qua ſatis ſupra, vel eſt in ipſo dolente, & hoc pertinet ad Accidiam, de qua eſt ſermo. Accidia igitur eſt triſtitia de bono diuino, ut eſt in ipſo accidioſo, refutãte illud, quidquid enim boni diuini facere reſpuit, intantum reſpuit, inquantum in eo inuenitur, vnde animus eius contriſtatur, & aggrauatur, itaque ſi eſt ſanctimonialis, ſanctitatem in eius regula inueniri nollet, ut nõ teneretur, ſi eſt Clericus, nollet ordines inueniri, ut ad Canones non teneretur, & uniuerſaliter quilibet Chriſtianus accidioſus nollet inueniri Religionẽ, quam in baptiſmo profeſſus eſt, vt non aſtringeretur

Triſtitia accidioſi in quo differat à triſtitia inuidioſi.

Bonum diuinum triplex.

Triſtitia de bono diuino.

Definitionis reſolutio.

Digitized by Google

tur ad illam, nec ſuperiores reperiri vellet, qui eum ad obſeruantiam cogerent, quod cum eſſe non poſſit, talia refugiendo, triſtatur, & ideo in calce definitionis adiunximus (ita, vt nihil ei agere placeat.) Triſtitia abſolutè conſiderata, ſecundum ſe, neque laudabilis, neq; vituperabilis eſt, poteſt tamen eſſe bona, & mala, ſecundùm quòd erit obiectum, circa quod triſtatur, & modus triſtandi, vnde ſi erit moderata de aliquo malo, bona, & laudabilis dicetur (dico moderata, nam triſtitia de malo, ſi immoderata erit etiam mala erit, vnde Paulus. 2. Corin. 10. non vult vt penitens tantum de peccato triſtetur, vt à triſtitia abſorbeatur, & à bono opere retrahatur.) Si autem triſtitia erit de aliquo bono, mala nominabitur, & quia bonum ſpirituale eſt verè bonum, triſtitia de bono ſpirituali erit ſecundum ſe mala. Cum ergo Accidia ſit triſtitia de bono ſpirituali diuino, quæ eſt per ſe mala, & directè contra charitatem, ſequitur, vt ex proprio genere ſit mortale peccatum; poteſt eſſe veniale, vt ſæpe dictũ eſt, ex actus imperfectione, quando ſcilicet conſenſus rationis non adeſt, actiones namque humanæ morales, quarum principium eſt ratio, tunc habent perfectam rationem peccati mortalis, quãdo conſenſu rationis conſummantur: vnde motio Accidiæ ex ſenſualitate inſurgens, antequàm ratio iudicet, quamuis diuturna fuerit, propter repugnantiam carnis ad ſpiritum, ſi ratio non conſenſerit, erit ueniale. Dico (quamuis, diuturna fuerit) nam hæc eſt differentia inter motus ſenſuales Accidiæ, & quorundam aliorum peccatorum, quòd motus ſenſuales Luxuriæ, Iræ, & huiuſmdoi, ſtatim quòd inſurgunt, fugiendi ſunt, quia continua cogitatio rerum uenerearum auget incentiuum peccati: vnde homo in illa mora, maiori periculo ſuccumbendi exponitur, ſed motus Accidiæ, qui conantur retrahere hominem ab operatione ſpirituali, per continuam cogitationem, & perſeuerantiam, in reſiſtendo, debilitantur, & ſic reſiſtendo, & non fugiendo, tollitur incentiuum peccati Accidiæ, uerum motus illi, ſi ad rationem vſque conſentientem attingunt, carne præualente contra ſpiritum, & eum retrahente à bono ſpirituali, tunc fiet mortale. Et quia prçualente ſenſualitate, circa quietem corporalem, per retractionem à bonis ſpiritualibus, triſtitiam cauſantibus, ut dictum eſt, Accidia, illam triſtitiam animum aggrauantem, fugare conatur, per contrarias àctiones: ideo, propter hunc finem, multa alia peccata gignit, ex quo habet rationem vitij capitalis. Vnde, vt homo triſtitiam euitet, duo facere oportet. Primum per aliquam fugam à contriſtantibus recedere. Secundo ad delectabilia ſe conuertere. Contriſtantia accidioſum ſunt ultimus finis, ideſt beatitudo, ut eſt difficilis acquirenda, & ea quç ſunt ad finem, ideſt opera meritoria beatitudinis, ſi ergo recedit ab ultimo fine, oritur Deſperatio, nam accidioſus conſiderans beatitudinem ſub ratione boni ardui, & difficilis obtineri, amittit ſpem, per receſſum ab illius beatitudinis deſiderio, eo quòd iudicat eam impoſſibile à ſe adipiſci poſſe, propter defectum ſpiritus, & charitatis, quem ſentit in ſe ipſo: ideo retrahendo ſe à diuino amore, incidit in hanc amentiam, quòd deſperat de ſua ſalute. Recedendo autem ab his, quæ ordinantur ad finem, ſi ſunt conſilia, inquantum ardua ſunt, oritur Puſillanimitas, tanta enim eſt diffidentia accidioſi, fugientis bona ſpiritualia, quòd quandoque, propter ignorantiam, aut inconſiderationem ſuæ conditionis, potentiæ, & uirtutis, a quibuſdam bonis ſe retrahit, quæ facere poſſet, & ſciret, per ſuam habilitatem, & habitum virtutis, eo quòd exiſtimat ſe ad illa non ualere: unde puſillanimis redditur, quæ Puſillanimitas, remanente habitu uirtuoſo, uenialis eſt: ſi autem tantum ſe retrahit, ut per inexecutionem, habitum virtuoſum amittat, puta qui habet habilitatem prædicandi, legendi ſacram Scripturam, audiendi confeſſiones, vel alia bona fa-

Triſtitia abſolute conſiderata, non eſt laudabilis, neque vituperabilis.

Accidia eſt peccatũ mortale.

Motus luxuriæ & iræ ſtatim ſunt fugiendi contrarium in accidia.

Filiæ accidiæ quomodo naſcuntur.

Deſperatio.

Puſillanimitas.

Puſillanimitas quãdo eſt mortale.

Digitized by Google

na faciendi, merito digna, & per puſillanimitatem, ex Accidia cauſatam, amittit illum habitum, fugiendo tale exercitium, peccat mortaliter, ait D.T. 2.2.q. 134 art.2. Quandoque etiam propter timorem, ne deficeret in his, ad quæ aptus & idoneus eſt, exiſtimans illud bonum ad quod eum Spiritus ſanctus excitat excedere vires ſuas, ex Puſillanimitate ſe ab illo retrahit, quod regulariter ueniale eſt, & ſi in tali Puſillanimitate aduenerit contemptus, erit mortale. Quæ Puſillanimitas, intantum dicetur Accidiæ filia, inquantum cauſatur à diffidentia, ut dictum eſt, per quam accidioſus magis, ac magis fugit ſpiritualia bona. Si autem ſunt præcepta, ad quæ tenemur de neceſſitate ſalutis, *Torpor.* oritur quidam Torpor. nam etſi timor peccandi nobis quidam ſtimulus ſit: ut præcepta adimpleamus, tamen Accidia, cui placet ocioſitas, facit, vt homo cũ quodam Torpore, & ſomnolentia operetur: importat enim Torpor remiſſionem quandam feruoris, & tepiditatem in operando. *Nota, quod Accidia differt à negligentia & pigritia.* Et nota, quod Negligentia, Pigritia & Deſidia differunt ab Accidia, nec eius filiæ propriè dicuntur, ut uoluit Iſidorus, niſi per reductionem ad Torporem: Negligentia namque ſignificat defectum debitæ ſollicitudinis, in præcipiendo ob culpam intentionis, & promptæ uoluntatis, in ordinando bona, quæ agere tenetur homo, & hoc fit dupliciter, uel deficiendo totaliter, ideſt prætermittendo, quod debet facere, puta non recitat officium dum tenetur, quod ex etymologia uocabuli apparet, teſte Iſidoro in libro de Etymol. *Negligens unde dicatur.* dicitur enim negligens, quaſi non eligens, hinc ſequitur omiſſio præceptorum, quæ Negligentiæ effectus eſt. Vel deficiendo, quo ad motum, relinquendo ſcilicet aliquam circunſtantiam actus, puta, in recitando officium, non perſoluit horas, ut decet. *Negligentia quando eſt mortale.* Quando autem per negligentiam prætermittitur aliquid quod eſt de neceſſitate ſalutis, vel aliqua circunſtantia neceſſaria illius actus, tunc eſt peccatum mortale, quod extenditur, nedum ad leges Diuinas, uerum etiam ad leges humanas: contra Summam Angelicam, aſſerentem, relinquentẽ præcepta poſitiua, & leges humanas, ex negligentia, non peccare mortaliter, niſi quando adeſt contemptus, quod eſt falſum; nam leges poſitiuæ, quomodocunque omittantur, ad mortale obligant, ut ſupra probauimus. Item quando prętermittitur aliquid, licet non neceſſarium, multum tamen conferens ad ſalutem, ex contemptu, puta, nolle miſſam audire die feriarum, nolle audire prædicationes, nolle facere aliquas deuotiones, quæ à ſuperioribus, & Prælatis ordinantur, ſine præcepto, & huiuſmodi, tunc eſt mortale. Præter contemptum, omnia hęc prætermittere, eſſet ueniale, quando ſcilicet homo ex defectu feruoris, uel ob nimiã attentionẽ circa temporalia, & ſimilia ab huiuſmodi ſe retraheret. Pigritia differt à Negligentia, nam Negligentia con- *Pigritia quid ſit.* ſiſtit in defectu intentionis actus circa electionem. Pigritia autem importat tarditatem, circa executionem, qui enim tardè, & lentè operatur, Piger *Deſidia quid ſit.* uocatur. Deſidia uerò ſignificat defectum circa continuationem actus. Et quia multi iſtorum defectuum committuntur circa recitationem officij, ideo conueniens duxi in fine huius Cap. aliqua de perſolutione officij tractare. Et quoniam obſeruantia præceptorum, dum detinet accidioſum inuitè in bonis ſpiritualibus, maximam triſtitiam cauſat, ut eam accidioſus euitet, dictam deſiſtentiam impugnare conatur, per quandam indignationem: unde ſi indignatio concipitur contra detinentem, & cogentem præcepta obſeruare, *Rancor.* oritur Rancor, qui, etſi communiter ſumptus, odium ſonet, tamen hic ſpecialiter accipitur pro quadam indignatione ex Accidia cauſata, & ideo *Malitia, vt ſpeciale peccatum.* eius filia eſt. Si concipitur contra ipſa præcepta & bona ſpiritualia, per aliquam deteſtationem, oritur Malitia, & quamuis malitia, communiter ſumpta, ſit genus ad multa uitia, tamen hic ſumitur pro hoc ſpeciali effectu. Dum uerò po-

Digitized by Google

rō poſtea ad delectabilia ſe conuertit, oritur Euagatio mentis, circa illicita. Hinc accidioſi, qui refugiunt bona ſpiritualia, ne ex illis moleſtia afficiantur, ad multas euagationes applicant animum, vnde efficiuntur curioſi vanitatum; importuni, circa illarum inquiſitionem, inquieti, nam ex mentis euagatione, nunquam in loco quieſcunt, aut membra componunt, ſed ſemper ſunt in motu. & denique efficiuntur inſtabiles, & quo ad locorum, & quo ad mentis mutabilitatē, nunquam enim manent in eodem propoſito; omnia hæc ſupra dicta ſunt filiæ Accidiæ, vt ponit Gregor. in 13. Moralium.

Euagatio mētis.

Redeundo, ad id quod paulo ante promiſi, de recitatione officij, tangam multas difficultates; vt mentibus pijs, conſcientiæ curam habentibus ſatisfaciam, ne Deus optimus Maximus ex negligentia, aut ignorantia offendatur: hi autem qui ad hæc attendere uolunt, eo quòd ſuo modo conſcientiam dilatant, & pinguefaciunt, cum ſit multum ſubtilis, & delicata, & quod peius eſt, ſcire non curant, vt ad tot non teneantur, contra quos dicitur. Ignorans ignorabitur, noſtros labores paruifacient. Prætermiſſa igitur illa quæſtione, an recitare diuinum officiū ſit de iure Diuino, an Pōtificio? tum quia iſta curioſitas hic neceſſaria minimè apparet, tum etiam quòd exiſtentibus multis rationibus probabilibus, ex utraque parte, ſub breuitate abſolui nequit: unū quippe pro certo habetur, quòd ſiue ſit de iure Diuino, ſiue humano, ſub læthali culpa obligat recitantem. 92

De recitatione officij.

Conſciētia eſt delicata.

Quæritur, primo, quis ad hoc teneatur? Ad dico multa: Omnis clericus, in ſacris, ſiue ſecularis, ſiue Regularis fuerit, tenetur ex pręcepto ſub culpa mortali, Diuinum officium recitare. D. T. Quodlib. 6. Panor. c. 1. de celebratione miſſæ. & communis ſchola Doctorum, quia res eſt clara.

Dubium qui teneatur recitare officium.

Quiſque in ſacris ordinatus.

Secundo Religioſus, ſiue religioſa, poſt peractam profeſſionem, tenetur horas canonicas perſoluere, etiam ſi Religioſus ſacros ordines non habeat. ſecundum omnes. cap. Licet, extra, de Voto.

Religioſus, et religioſa profeſſi.

Rationem reddit Petrus de Pal. quia ſunt pars Eccleſiaſticis collegij, & ad ſeculum iam amplius redire non poſſunt. Nouitij autem, ſi ordines ſacros non habent, ad horas non tenentur; ſed ad aliquid indeterminatum, quia ſumptibus Monaſterij ſuſtentantur, ait Petrus.

Nouitij ad quid teneantur.

Tertio Conuerſi non tenentur ad horas, ſed ad quædam taxata, loco horarum, vt ſunt tot pater noſter.

Conuerſi monachorum ad quid teneantur.

Sed an ea omittendo mortaliter peccent. Dicitur, in quibuſdam ordinibus peccant, ut ſunt in ordine Sancti Franciſci reformato, & Sācti Benedicti: quod habent ex eorum ſtatutis, eo quòd ſunt clauſtrales.

In quibuſdam non peccant, vt ſunt in ordine Canonicorum Regularium, in ordine Prędicatorū: regulariter tamē non tenentur, quia nullo iure expreſſum inuenitur.

Verum omnes, præcipuè tenentur, ait Sylueſter, verbo, hora, §. 3. corporalia ſeruitia diligēter exercere, Religioſis ſeruientes, unde ſi in illis ſunt notabiliter negligentes, peccant mortaliter, quia in dictis ordinibus ad hæc pręcipuè recipiuntur.

Idem intellige de Conuerſis Monialium, ait D. Th. in opuſculo contra impugnantes religionem.

Quatro clerici beneficiati, etiā ſi non ſint in ſacris, tenentur officium quotidiè recitare. Diuus Thomas Quodlib. ſexto & in quarto ſentent. diſtinct. 15. Panormitan. capitulo primo de celebrat. Miſſę, & omnes Doctores, etiam ſi beneficium erit iuris patronatus, ſeu ex patrimonio factum: nec excuſantur ab hoc debito ſi redditus beneficii ſint exigui: nō ſufficiētes ad vitę neceſſaria,

Clerici beneficiati, etiam in minoribus ordinibus.

ait God.diſt.91.cap.Clericus victũ: Sed ſibi imputetur,qui de tali inueſtiri uoluit. Vnde aut renuncier, aut ſeruiat, & ultra peccatum mortale, ſi poſt ſex menſes,a tempore inueſtituræ beneficij, officium non recitauerit,fructus pro rata temporis,quo non perſoluerit horas,reſtituere tenetur: niſi ob infirmitatem excuſetur, quando ſcilicet talis eſſet infirmitas,quòd dicendum officium, probabiliter timeretur, ei notabiliter obeſſe, ait Innocentius,quo ſupra. ſi autem nocumentum eſſet leue, ait Panormitanus, non excuſaretur, ſed de hoc ſtandum eſt iudicio Medici,vel ob cæcitatem,vel quando ſine ſua culpa, libro careat, vel alio ſimili legitimo impedimento excuſetur.

Qua infirmitas excuſet à recitatione officij.

Cæcitas excuſat.

Nec cæcus,aut infirmus,eo quod legere non ualet,illud audire tenetur,quia nullo iure hoc præcipitur;& quomodocũque aliquis legitimè excuſatus, illud omiſit, alia die reſumere non tenetur. Panorm.cap.ex parte, de obſeruantia Ieiunij, vbi adducit exemplum eorum,qui in Quadrageſima,aut alijs vigilijs ieiunare non poſſunt:non per hoc tenentur alio tempore, pro illo.

Et quod beneficiati teneantur,ut dixi,extat decretum Conſilij Lateranenſis vltimi.Seſſ.9.quod ſic incipit.

Decretum de recitatione officij.

Statuimus, & ordinamus,ut quilibet habens beneficium,cum cura,uel ſine cura,ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinũ officium non dixerit,legitimo impedimento ceſſante,beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat,pro rata omiſſionis officij, & temporis,ſed eos tanquã iniuſtè perceptos,in fabricas huiuſmodi beneficiorum, uel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Si uerò in ſimili negligentia contumaciter perſeuerauerit, legitima monitione præcedenter beneficio ipſo priuetur: cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere,quo ad hoc, vt beneficio priuari poſſit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit. Deo tamen vltra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem.

Propter officium datur beneficium.

Nota primo interpretationem decreti.

Super hoc decreto nota primo,quod Sotus lib.10. de iuſtit.& iure q.5.art.6. ſic illud interpretatur.Clericus officiũ non recitans,a die collationis beneficij, tenetur fructus reſtituere,pro rata temporis: & ſi per ſex menſes in hoc continuauerit,elapſo ſemeſtri,per quindecim dies priuari poſſit Sed hæc interpretatio reprobatur,per declarationem Pij V.inferius dicendam.Senſus ergo eſt:beneficiatus quicunque officium non recitans,peccat mortaliter,ut patet per illa uerba in calce decreti, ſcilicet (Deo tamen ultra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem.) & ſi a die collationis beneficij per ſex menſes officium non dixerit, elapſo ſemeſtri,ſtatim incipit obligari ad reſtitutionem fructuum beneficij, pro rata temporis,quantum de illo beneficio percepiſſet illo die,quo officium non dicit,ſi dietim fructus beneficij diſtribuerentur.Secundo nota non eſſe neceſſarium fructus applicari fabricæ,ſed ſufficit ſi dentur pauperibus. Hinc Nauar.infert.c.28 nu.123.ſi beneficiatus erit pauper,& aliunde uiuere non ualet, poterit illos fructus eleemoſynaliter,de licentia ſui confeſſoris ſibi retinere.

Nota ſecundo.

Nota tertio.

Tertio nota,quòd hoc ſemeſtre intelligitur, ſi ſtatim poſt collationem beneficij, incipit officium dimittere,nam ſi per aliquod tempus poſt ſuſceptum beneficium,horas perſoluerit,& poſtea incipit illas omittere, non ſuffragatur ei hoc tempus ſex menſium:ſed pro qualibet die,qua officium dimiſerit,ratam beneficii amittit.Vnde Gregorius XIII.Pontifex maximus, cuius uitam Deus cõſeruet,ſicut ipſe pacem conſeruat,quendam Abbatem,per ſex menſes officium non,perſoluentem, in foro conſcientiæ ad reſtitutionem mediatis fructuum beneficij condemnauit,qui fuerunt quingenti aurei.

Penſionarij, tenentur

Quinto,ſequendo,quod quæſitũ fuit.Penſionarij clerici, uel qui ut clerici penſiones,aut alias res Eccleſiaſticas ſuper fructus beneficiorũ exigunt, tenentur ſub

tur ſub pœna reſtitutionis fructuum & rerum, quas exigunt, quotidie officiũ paruum Beatæ Virginis recitare. Et quamuis olim hæc ſententia fuerit in controuerſia, nunc tamen ex ſtatuto Pij V. hæc declaratio haberur, quæ in hac ſequenti Extrauaganti continetur. Quæritur ſecundo, ubi recitandum eſt officium? Reſpondetur, quo ad beneficiatos. Omnis clericus beneficiatus, ſiue præbendatus, ſiue alius de collegio, ſi obligatus fuerit de perſona Eccleſiam officiare, etiam ſi non exiſtit in ſacris, in choro officium dicere tenetur, per ſeipſum, & non per ſubſtitutum. Concil. Triden. Seſſ. 24. c. 12. niſi fuerit legitimè impeditus, nec ſufficit illud in camera perſoluere, & poſtea per ſolam præſentiam in choro ſatisfacere, quia obligatio hæc eſt, ut Eccleſiam officiet, & cum aliis in choro canat, alias debitum non perſoluit, unde habetur ac ſi non adeſſet, quo ad Deum: ideo peccat mortaliter, & ad reſtitutionem fructuum, quos ratione illius præſentiæ percipit, tenetur, ſiue fuerit maſſa cõmunis, ſeu pars groſſa (ut aiunt,) quæ diuiditur inter aſſiſtentes in choro, ſiue fuerint diſtributiones quotidianæ, & mortuorum oblationes, quæ dantur intereſſentibus. De hoc ultra ſententias, quam plurimorum Theologorum, Canoniſtarum, Decretorum antiquorum, extat etiam quædam Extrauagans Pij V. cuius tenor hic eſt.

recitare ſaltẽ officiũ B. Virginis.

Dubium.

Locus in quo officium recitari debeat.

PIVS EPISCOPVS SERVVS ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

EX proximo Lateranenſi Concilio, pia & ſalubris Sanctio emanauit, ut quicunque habens beneficium Eccleſiaſticum, cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, diuinum officium (legitimo ceßante impedimento) non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus, pro rata omißionis officij, & temporis, ſuos non faciat: & ſed eos tanquam iniuſtè perceptos, in fabricas ipſorum beneficiorum, uel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius, atque expreßius prouidere uolẽtes; ſtatuimus, ut qui horas canonicas uno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorũ fructus, qui illi, vel illis, diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur, qui verò matutinum tantum, dimidiam; qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui horarum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat. Tametſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis, cum alijs præſens adſit, fructusq́; & diſtributiones fortè aliter aſſignatas, ſola præſentia, iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, uel aliàs ſibi lucri feciße prætendat, is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit (niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit) graue peccatum intelligat admiſiße.

Digitized by Google

ſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, ut clericus percipit, eum, modo prædicto, ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, decernimus obligatum; & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, declarationis, & decreti infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ. apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo ſeptuageſimo primo. 12. Kal. Octob. Pontif. noſtri, anno 6.

Nota primo declarationē huius ſtatuti. *Nota ſecundo.*

Ex hoc ſtatuto multa colliguntur. Primò declaratur ſenſus illius decreti Lateranenſis, ſupra recitati, ſic eſſe, ut diximus, & non ut Sotus, ſcilicet quòd non recitans officium intra illos primos ſex. menſes, peccet quidem mortaliter, etiam ſi non ſit in ſacris, non tamen tenetur ad fructuum reſtitutionem, peccat, dico, niſi fuerit legitimè impeditus. Secundò adiungit, quòd non modò vult, ut teneatur pro una die, ſi defecerit, verum etiam pro una hora ſoluendi, puta Veſpere, vel Completorio, pro rata illius portionis.

Nota tertio.

Tertiò colligitur, quod pro noſtro propoſito quærebamus, ſcilicet qui obligatur in choro aſſiſtere, non ſatisfacit debito per ſolam aſſiſtentiam niſi cum cæteris canat, & Pſalmizet, cum obligatione reſtituendi fructus pro rata, ut dixi; quod prima fronte apparebat valde durum, & non creditum nobis, niſi uoluntatem ſummi Pontificis oſtenderemus.

Et certè, maxima reprehenſione digni ſunt, qui ſine cauſa domi officium dicunt, vt poſtea in Eccleſia, vel in Sacriſtia euagentur, aut collocutionibus laicorum intendant, & ſimilia faciant, donec officium in choro perſoluitur, nam ſi ore, & gutture beneficium conſumis, cur non eodem ore in choro Deo laudes fundendo, illud perſoluis? ſaltem ſubmiſſa voce, ſi alta, & æquali voce non uales. Dixi (ſine cauſa) nam qui vacaturus eſt confeſſionibus, aut alia ſacramenta miniſtraturus, uel alijs ſeruitiis Eccleſiæ, & Chori ſeipſum occupaturus, propter quæ ſine magna diſtractione & interuentione, officium dicere non poſſet, ut eſt Decanus, Archipresbyter, & ſimiles, poteſt domi illud completè dicere, & poſtea in choro, prout valet, auxilium præſtare.

Nota quarto.

Quarto declarat verba dicti Concilij, nedum de habentibus beneficia curata, verum etiam de habentibus qualiacumque beneficia, debere intelligi.

Nota quinto qui penſionarij teneantur officium dicere.

Quinto, quòd penſionarij, non omnes intelliguntur obligati ad officium B. Virginis, ſed ij, qui ut clerici penſionē percipiunt, ut ſunt, qui initiādi ſunt ad ſacros ordines, nō habentes interim vnde viuant, vel dū ſtudijs vacāt, his iuuātur, uel ut ſunt talij non coniugati, nec bigami, primam tonſuram ferentes, quāuis habitum clericalē non ferant; ut ſunt curiales, & familiares Cardinalium, aut aliqui nobiles. Ii verò, qui ut laici, hæc percipiunt, ut ſunt quidam, qui pro ſeruitiis Romanæ curiæ præſtitis, uel tanquam benemeriti, hæc temporalia cō modò habēt ad hæc nō tenentur. Sexto ex his collige quoque, ut quæ de fructibus

bus

Digitized by Google

bus beneficiorum dicta ſunt, eadem intelligas, de diſtributionibus quotidianis & oblationibus mortuorum, quas vocat confraternitates, aut laudabilem conſuetudinem. Septimo, ꝙ tam maſſa communis, aut portio groſſa (vt aiunt) quã diſtributiones quotidianę, & mortuorum oblationes intereſſentibus dari ſolitæ, vt dixi, dentur ijs qui cum effectu ſeruierunt, vel locis pijs, pro certis operibus, vbi viget tale ſtatutum, quod intellige, quo ad maſſam communem, & partem groſſam; & fructus Eccleſiarum, male perceptos à ſupradictis, dico hoc, nã qui perceperunt fructus beneficiorum, Eccleſiarum portiones communes, diſtributiones, & alia ſupra narrata, contra conſcientiam, eo ꝙ officium non perſoluerunt, aut ſi perſoluerunt præſentes in choro nõ fuerunt, qui tenebantur, aut ſi fuerunt, non ſeruierunt, vt prædictum eſt, omnes tenẽtur in conſcientia, ipſo facto, reſtituere, nam ipſo iure condemnati ſunt, quoniam ſic eſt mens legiſlatoris. Vnde quam malè conſulunt animę ſuę, qui tam in iſtis, quam in alijs pœnis, ipſo iure incurſis, aut pro alijs liquidis debitis obligati, putant non teneri ſe ad reſtitutionem, donec à Iudice cõpellantur, expectantes executionem, & neſcio, quomodo confeſſarij hæc pertranſeunt, non committentes, vt ſtatim reſtituant. Pro his, quæ dixi in ſexto, & ſeptimo notabili, adduco cap. vnicum de clericis non reſidentibus in 6. ſic dicens.

Nota ſeptimo.

Monitio authoris.

Aduertant confeſſarij.

Decretalis.

CONſuetudinem, quæ in quibuſdam partibus inoleuit, qua Canonici, & alij beneficiati, ſeu clerici Cathedralium, & aliarum collegiatarum Eccleſiarũ diſtributiones quotidianas (quę aliàs manualia beneficia, ſeu victualia nuncupantur, & tantum reſidentibus tribuuntur) qualitercunque in ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quibus ipſæ conſiſtunt, Eccleſiæ ſint præſentes, licet diuinis officijs non interſint, ex integro percipiunt, ac ſi continuè ipſis Eccleſijs in eiſdem officijs deſeruirent, penitus improbantes, ſtatuimus, vt diſtributiones ipſę quotidianæ, in quibuſcunque rebus conſiſtant, Canonicis, & alijs beneficiatis, & clericis Eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs adfuerint, tribuantur, iuxta Eccleſiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem, iam factam, ſeu etiam faciendam. Qui verò aliter de diſtributionibus ipſis, quicquam receperit (exceptis illis, quas infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens eccleſiæ vtilitas excuſaret) rerum ſic receptarum, dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas: imò ad omnium reſtitutionem, quę contra huiuſmodi noſtram conſtitutionem receperit, teneatur. De diſtributionibus etiam, pro defunctorum anniuerſarijs largiendis, idem decernimus obſeruandum.

Pro hoc vide Cõciliũ Trid. Seſſ. 24. c. 12.

Quantum autem ad curatos non reſidentes, quibus pęnis innodẽtur, & quo modo ipſo facto, ad reſtitutionem fructuum teneantur, in Sacro Concilio Tridentino, Seſſ. 23. c. 1. ſic decernitur.

Curati nõ reſidẽtes quib. pœnis ſint innodati: Decretum de reformatione.

Si quis, autem (quod vtinam nunquam eueniat) contra huius decreti diſpoſitionem abfuerit, ſtatuit ſacroſancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes, ſub Paulo III. impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata tẽporis abſentiæ, fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri, aut ipſo ceſſante, per ſuperiorem Eccleſiaſticum, illos fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci, erogare: prohibita quacunque conuentione, aut cõpoſitione, quę pro fructibus malè perceptis, appellatur, ex qua etiam prędicti fructus in totũ, aut pro parte, ei remitterentur; non obſtan-

Digitized by Google

tibus quibuſcunque priuilegijs, cuicunque collegio, aut fabricæ conceſſis.

Religioſi ubi teneãtur dicere officium. Quo verò ad Regulares, vt abſoluemus hoc ſecundum dubium Religioſi cõmuniter tenentur ire ad chorum, ſed an peccent mortaliter, non accedentes? Dicitur quòd non, niſi, quando aliquis hoc faceret ex contemptu, vel duceret in conſuetudinem, non adeundi ad chorum, vel quando, propter eius abſentiam, Eccleſia magnam iacturam pateretur, in celebratione officij, puta quia alij ſine ipſo dicere non poſſunt, aut competenter canere non valent; vel quando ex ſtatuto alicuius Regulæ particularis, hoc pręciperetur, pręter iſta, eſt veniale, Gloſ. ſuper cap. finale, diſt. 92.

94 *Tempus recitandi officij.* Tertio quęritur, quando dicendę ſint horæ? pro huius quæſiti declaratione, dico plura. Totum, officium perſoluendum diſtinguitur in ſeptẽ horas canonicas, ſcilicet matutinũ, primã, tertiã, ſextã, nonã, veſperas, & cõpletoriũ. Aliqui ſeparant nocturnum ab horis, ponentes in prima hora diei artificialis, laudes, matutinales, nam de eis dicit Propheta. Septies in die laudem dixi tibi & de matutino nocturnali, ait ipſe, Media nocte ſurgebã ad confitendum tibi. Vnde matutinum ſeparabat ab horis, & hoc modo totum tempus noſtræ ſeruitutis, officio diuino perſoluitur.

Officium diſtinctũ in ſeptẽ horas, quid ſignificet. *Beneficium redẽptionis eſt maius beneficio creationis.* Inſtitutæ ſunt horæ, ſic diſtinctę ad laudandum Deum, pro beneficijs receptis, inter quæ maxima ſunt beneficium creationis ſeptem diebus expletum. Gen. 1. & beneficium redemptĩonis ſeptem horis quodammodo peractum. Et quia redemptionis beneficium, per paſſionem conſummatum, maius eſt, quam beneficium creationis; In ipſa namque creatione, ſeptem diebus facta ſunt omnia, redemptionem autem, per annos triginta, Chriſtus operatus eſt in terra. In creatione, nullam habuit reſiſtentiam, dixit enim & facta ſunt. In redemptione verò, non paruam habuit reſiſtentiam, vnde maiorem in ea oſtẽdit potentiam, & ideo tanquam maius beneficium, redemptio commendanda eſt. Itaque vt pro memoria huius tam magni beneficij, honor, gloria, reuerentia, & gratiarum actio Deo reddatur, laudes perſoluimus illis horis, quibus paſſio Domini incepta, continuata, & conſummata eſt.

Matutinum. *Prima hora Canonica.* Paſſio Chriſti, quantum ad violentiam à Iudæis factam, incepit hora noctis tertia, quando in horto à Iudæorum rapidorum furia compræhenſus, ac ligatus eſt, ad Annam primo, deinde ad Chaipham ductus, percuſſus, & male tractatus eſt, per totam noctem, cui reſpondet Matutinum, ſiue Laudes nocturnales. In prima hora diei, oriente ſole, ductus eſt ad Pilatum, vbi accuſatus, vt populi ſeductor, Imperij deſtructor, Regni arrogator, & Dei honoris æmulator, ibi vinctus vt malefactor, nexibus, colaphis, alapis cæſus, ſputis oblitus, & vt mortis reus, præſentatur, à quo examinatus mittitur ad Herodem, à quo irriſus, & ſpretus, ad eundem remittitur, corpus innocentiſſimum nudatur, flagellatur, vulneratur, ſpinis coronatur, caput percutitur, ſpinis perforatur, conſpuitur, ſubſannatur, ſalutatur, irridetur, blaſphematur, & per totum illud tempus, vſque ad horam tertiam, ſic male accipitur, cui correſpondet hora primæ, quæ à ſacerdote perſoluitur.

Tertia hora Canonica. In hora tertia, crucifigitur in ore Iudęorũ, dum alta voce, geminatim clamant, crucifige, pręponitur Barrabæ ſeditioſo, vt morti condemnetur, illo dimiſſo, ſententiatur, agnus ſine macula in manus luporum traditur, & eorum voluntati ſatisfaciendo, morti condemnatur, in medio duorum latronum deſtinatur, cruce oneratur, ad locum ſupplicij adducitur, ita, vt ſuæ pœnę modus nullus daretur. hæc omnia vſq; ad horam ſextam conſummantur, cui correſpondet tertia hora Canonica.

Sexta hora Canonica. In hora ſexta diei, perueneto in Caluariæ locũ, Ara Crucis ſtruitur, Chriſtus ſpoliatur, & illę ſanctiſſimæ carnes cruentatæ, & vulneratę vſque ad oſſa nudãtur, hoſtia ſacrificio pręparatur, ſuper crucem diſtenditur, manus, & pedes clauis ferreis transfiguntur;

Digitized by Google

tur; Crux erigitur,& arbor ſalutis in terram plantatur, Chriſtus in aera eleuatur; & omnia ad ſe attrahit; ſacrificiũ uoluntariè Deo patri pro amicis,& inimicis offertur,& dum eius ueſtimenta diuidunt,& ſorti cõmittuntur, blaſphematur,& deridetur,orat pro crucifixoribus,matrem diſcipulo commẽdat, paradiſum latroni promittit;& denique obſcuratur Sol, & tenebræ fiunt uſq; ad horam nonam,cui correſpondet hora ſexta Canonica. Et circa horam nonam, voce magna ad Patrem clamat, felle, & aceto abbeueratur, & cum omnia conſummantur, Deo Patri ſpiritum tradit; petræ ſcinduntur: terræmotus magnus fit: velum templi in duas partes diuiditur; monumenta aperiuntur, & euomunt quos tenebant, ira Dei, contra nos contracta placatur, inimicitia ſoluitur, chirographum decreti nobis contrarium, deletur, & priſtina Dei amicitia recuperatur, cui correſpondet hora nona Canonica. Circa veſperam, latus eius lancea aperitur, à quo exiuit aqua cum ſanguine. Vnde ſacramenta virtutem, & efficaciam ſumpſere, & tandem petitur corpus à Pilato, & è Cruce deponitur, cui correſpondet hora Canonica veſpertina. Circa ultimam horam diei, corpus aromatibus vnctum, & in ſyndone munda inuolutum, ponitur in monumento nouo, quod exciſum erat in petra, cui correſpondet hora Completorij, & ſic expletur totum diuinum officium. Quæ horæ ſic ſunt diſtinctæ, ad ſignificandum quæ dicta ſunt à principio ut colligitur ex capit. Presbyter. de celebratione miſſarum. & in Clementina eodem titulo, capitulo 1. ubi dicitur, quòd officium nocturnum, & diurnum, horis debitis, & diſtinctis celebretur in Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus. Verum quantum ad clericos ſeculares, hæc obſeruantia per diſſuetudinem aboleuit, legislatore, & ſummo Pontifice ſciente, & non prohibente, aut puniente. Itaque omnes prædicti ab obligatione priori abſoluuntur. Religioſi autem, temporibus prædictis perſoluere tenentur, tam priuatim, quam communiter in choro: de quibus ſtandum eſt Conſtitutionibus eorum regularum; ſed qui, propter aliquas honeſtas occupationes, in choro eſſe non poteſt: nec horis debitis in his vacare valet, melius eſt præuenire eas quam poſtponere. Dico (propter honeſtas occupationes) nam ſi non accedit ad chorum, ut vanitati, uel otio ſe occupet, non eſt exemptus à peccato, ſaltem ueniali, ait Vbertus in expoſitione Regulæ, & multo magis peccant Prælati permittentes, & notabiliter ante debitam horam, ſine rationabili cauſa, horas perſoluere facientes, ut poſtea fratres otio vacent, & hoc eſt mortale, ut habetur in Clementina prima, de celebr. miſſ. quę ſic incipit. Graui turbatione mouemur, quod nonnullorum rectorum negligentia, & c. Peccant ſubditi, ſi ad chorum nõ accedunt, dum eis imponitur, & ſi chorus officiari non poteſt, eorum abſentia, & defectu, peccant mortaliter, vt dictum eſt ſup. ait Summa Angelica, & Sylu. Verbo hora, §. 10. dicto ſexto. Et ſi dum erit hora ſoluendi officium, occupatus futurus eſt aliquo publico ſeruitio, aut ſtudio, & ſimilibus, propter quod officio vacare nequit, melius eſt anticipare, quam poſtponere, anticipatio namque arguit, prudentiam, tardatio uerò, negligentiam, ait Vgo.

Nona hora Canonica.

Veſpertina hora.

Completoriũ.

Religioſi tenẽtur dicere horas Canonicas diſtinctè.

Prælati religioſorũ quando peccant.

Dubium.

Sed quęritur quantum currit tempus quo poteſt perſolui officium? Dicitur à media nocte, vſq; ad mediam noctem ſequentis diei: Vnde officium Dominicæ, ſi non ſoluitur hora propria, poteſt differri, ſine mortali, uſq; ad noctem ſequentem, & ita perſoluitur in tempore, tranſacta iam media nocte, non amplius iuuat, pro debiti ſatisfactione.

Hinc falluntur, qui propter ſtudium, aut iter faciendũ, uel propter quamlibet urgentem cauſam, prætermittunt officiũ unius diei, cũ intentione ſoluendi illud, ſequenti die, contra ſententiam, & Canonum, & omnium Doctorum.

Officium põt differri uſq; ad mediã noctem, qua trã ſacta eſt non tempus amplius ſatiſfaciendi.

Digitized by Google

Sed quid agendum in caſu? pœniteat de mortali, & ſi imponitur in pœnitentia, ut ſequenti die dicat duo officia, per hoc non ſoluitur primum, ſed tantum ualet, ac ſi imponerentur ſeptem Pſalmi pœnitentiales, vel ſimile, pro pœnitentia.

95

Dubium. Officium pôt à ſero anticipari, ſed dubiũ eſt de hora ſerotina.

Quæritur an officium poſſit anticipari præcedenti ſerò, ſine peccato? Reſpõdet D. Thom. in Quolib ab omnibus acceptatus, ſi hoc fit propter honeſtas cauſas, licebit, melius eſt enim matutinas, & laudes vſque ad primam, excluſiuè pręuenire, & poſtea alia honeſta negotia facere, quàm unum pro alio prætermittere, ſi autem hoc fieret, ut otio, vel ſomno vacaret, & quod peius eſt, vanitati, non effugeret peccatum. Sed quantum eſt hora anticipanda? D. Thom. quo ſupra, Gabriel Biel. in Canone miſſæ. Lec. 13. Sylu. Verbo, Hora, & omnes eum ſequentes, dicũt, de ſerò quod interpretari debet, poſt horam Cõpletorij, uariando tempus, ſicut uariantur dies, qui enim ſtatim poſt veſperam, diceret matutinum ſequentis diei, non ſatisfaceret, eſſet enim conculcare officia, cum adhuc non ſint perſolutæ horæ Canonicæ unius diei, incipere alias, unde ſicut eſt uitioſum, notabiliter differre, ita & notabiliter anticipare, niſi fieret propter euidentem utilitatem, & neceſſitatem in aliquibus locis, & non ubique, ſcilicet vbi conſueuit dici officium ſanctiſſimi Corporis Chriſti, per totam ſuam octauam de ſero, ob deuotionem populi, qui alias adeſſe non poſſet, & quartæ, quintæ, & ſextæ feriæ hebdomadæ ſanctæ, eo quòd populus de nocte recedere non poteſt, ſine periculo ſcandali. Nec bene faceret, qui omni tempore anni eandem horam, anticipando, ſeruaret; vt aiunt aliqui, neſcientes diſtinguere, nam de menſe Iulij, hora Canonica Completorij eſt poſt viginti duas horas, de menſe autem Decembris, vigeſimaſecunda hora diei non eſt debita hora Completorij; vnde in anticipando, qui ſeruaret hunc ordinem viginti duarum horarum omni tempore anni, vel ſimile, erraret profecto.

96

Dubium. Si ante celebrationẽ miſſe ſit neceſſe officium recitare. Sotus.

Sed antequam ad aliud quæſitum pertranſeamus, diſſoluenda eſt quæſtio quædam; quæ hic ab aliquibus interponitur, ſcilicet an miſſam celebraturus, officium ante perſoluere teneatur? De hoc extat noua opinio Soti in lib. 10. de iuſt. & iure, quæſt. 5. artic. 4. aſſerentis, hoc non eſſe neceſſarium, ex eo, quia nullibi cautum inuenitur; niſi quòd de conſecratione diſtinct. prima, Can. Nocte, dicitur, ut miſſa ſolennis diebus feſtiuis, dicatur poſt tertiam, in profeſtis autem, poſt ſextam, ut Can. ſolent, in diebus verò ieiuniorum, poſt nonam: de priuatis autem nihil meminit, ergo non eſt neceſſe, prius horas perſoluere. Et confirmatur, nam officium miſſæ eſt quid diſtinctum ab horis, nec connexionem aliquam neceſſariam habet cum eis; neque inter illas connumeratur: unde ergo hæc neceſſitas inſurgit? Præterea, ſi quis propter morbum, aliquam legitimam excuſationem haberet, ſoluendi officium diuinum, cur non poſſet ſacrum miſſæ facere, abſque recitatione officij? Præterea, reuare officium diuinum poſt horam diei nonam, nõ eſt mortale, vt dictum eſt ſupra, cur ergo miſſam prius dicere erit mortale? Præterea poteſt dici prima, ante laudes, & peruerti ordo horarum, ſine mortali, ergo & miſſam ante matutinum dicere licet; maximè cũ nullum neceſſarium ordinem habeat, cum horis Canonicis.

Vueruenſis. Hoſtienſ. Gabriel. Nauar.

Eſt & alia opinio antiqua Vueruenſis. Guil. Hoſtien. D. Anton. 3. parte, tit. 13. cap. 4. Gabrielis Biel. in Canone miſſę Lec. 13. Angel. & Nauar. cap. 25. num. 83. & omnium Canoniſtarum dicentium, qui miſſam celebraret ante matutinum ſaltem, peccaret mortaliter, & vbi eſt conſuetudo, ut dicatur poſt primam, ante illam celebrare, eſſet ueniale, niſi aliquod ſtatutum vel præceptum particulare eſſet contrarium, quia tunc eſſet mortale, ante primam celebrare. Limitant hanc opinionem Sylu. Verbo, Miſſa, §. 6. & Na-

Nauar.

Digitized by Google

uat. quo ſupra, niſi aliqua neceſſitas vrgeret, puta ſcandalum oriretur monaſterio, ſi non exiret miſſa ſtatim, uel ſimile, ut quando Epiſcopus, vel magnus Princeps tempeſtiuè equitaturus eſſet, vel dum ſacrum eſſet faciendum, propter infirmum, periculo mortis laborantem, vel ſimile: tunc enim liceret ante Matutinum celebrare. Aliam rationem, pro hac opinione, non aſſignant, niſi ꝙ extat generalis conſuetudo approbata; quæ vim præcepti habet in Eccleſia. Facit ad hoc diſt. 11. vbi dicitur: Sicut præuaricatores diuinarũ legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercẽdi ſunt. Huic rationi replicat Sotus, quo ſupra. Cõſuetudo hęc nullo pacto cenſenda eſt talis, quę vim præcepti habeat, non enĩ omnis conſuetudo habens vim legis, obligat ad mortale, ſicut neque omnis lex, niſi quando ſic intendit Princeps. Sed contra hoc aſſertum, à ſimili arguitur. Conſuetudo recitandi officium Beatæ Mariæ Virginis non eſt ita antiqua, uelut hęc, de recitando officio ante miſſam, & tamen obligabat ad mortale, ante reſtitutionem Romani Breuiarij ex ſtatuto Sacri Concil. Trid. vt ipſe Sotus fatetur, eodem art. dicens.

Sotus replicat.

Contra replicam.

De officio B. Virginis controuertitur itidem inter Doctores, vtrum etiam ſit in pręcepto, eo ꝙ hac de re nullum extat ius, ſed ſola conſuetudo, imò uerò ſi hiſtorias conſulas, res non eſt antiqua, ſed forte à trecentis hinc annis: nam ante Bernardi tempora, & Religionum mendicantium inſtitutionem, non increbuerat tanta virginis deuotio. Quocirca ſi coniecturis agere licet, hęc conſuetudo non cepit, tanquam vim habens pręcepti, aliàs alicubi legeretur: ſed ex pietate, & deuotione, qua ſanctiſſima Virgo digniſſima erat, atq; huius nõnullum indicium eſt, ꝙ in inſtitutione noſtri ordinis iuſtum eſt, vt ſurgentes fratres illic in dormitorio, officium Virginis nocturnum recitando ſoluant, quod ſi præceptum eſſet Eccleſiaſticũ, in choro iuberetur ſolui. At verò decurſu tẽporis, conſuetudo, adeo inualuit, ut nullus Doctorũ, aut Sanctorũ Patrũ negare audeat, vim habere pręcepti. Hęc ille. Ex quo arguitur contra eum, ſi conſuetudo hęc matutinũ recitandi ante miſſam, eſt ita uniuerſalis, & antiqu tus obſeruata, cur non h. bebit ẽt uim pręcepti? Et ſi forte diceretur in Hiſpania, ubi Doctor ille ſcripſit, non extat talis gñalis conſuetudo. Contra pręceptum, de non comedendo carnes die Sabbathi, nõ eſt iure cautum; ſed ex conſuetudine introductum, quod non omni modo ſeruatur in Hiſpania, & tamen in Italia peccaret mortaliter (etiam Hiſpanus) ſi more Hiſpano animalium interiora comederet, ergo ſi hęc conſuetudo recitandi officium ante miſſam, ſic uniuerſaliter ibi nõ uiget, non tollit, quin in Italia vim pręcepti habeat, cum in ea nullibi oppoſitum auditum ſit. Et ſi pro Soto diceretur, inſtantiam contra eum non currere, ꝙ enim officium B. Virginis habuerit vim pręcepti apud omnes, ante noui Breuiarij reſtitutionem, ex inſtitutione Summi Pontificis apparet, qui Pontifex in ſuo proprio inſerto in principio dicti Breuiarij, (vbi reformatio eius oſtenditur) nos à dicta obligatione abſoluit dicens.

Reſponſio pro Soto.

Replica.

Reſponſio pro Soto.

Quod verò in rubricis noſtris huius officij præſcribitur, quibus diebus officium Beatæ Marię ſemper Virginis, & defunctorum, & ſeptem Pſalmos pœnitentiales, dici, ac pſalli oporteat, nos propter varia huius uitæ negotia, multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea pręſcriptione remouendum, duximus, &c. Sed quòd Matutinum ante miſſę celebrationem, dici debeat, ex vi pręcepti, nunquam Summi Pontificis intentio apparuit. Quibus ex aduerſo replicamus; de hoc habuiſſe Summos Pontifices intentionem: ait enim Nauarrus, Papam conceſſiſſe priuilegium quibuſdam Patribus, de miſſam celebrando, ante officij ſolutionem, quod ſi non erat neceſſarium, ſub culpa lęthali, ad quid deſeruiret hoc priuilegium? Quidam Ieſuita, ſequens opinionẽ Soti, ſic reſpondit, hoc eos feciſſe, ad euitandũ peccatũ ueniale.

Replicatio.

Ieſuita quidam.

Digitized by Google

Replica cōtra Ieſuitam. niale, vet ad ſerenandas conſcientias piorum virorum,& in tuto eas ponēdas? Sed hęc reſponſio vana eſt, nam conſuetudo, aut tenet, aut non, ſi non tenet, nec ad ueniale obligat, neque etiam fas eſſet, pro ueniali ſummum Pontificem inquietare,& priuilegium impetrare. Ad id, quod dicitur, quod hoc fecerunt, ad ſerenandas conſcientias, dico, quòd hoc erat valde neceſſarium, nam videntes, vbique ſic obſeruari,& multitudinem grauium Doctorum, ita aſſeuerare, meritò iudicabant eſſe mortale, quod Papa ita eſſe confirmauit, priuilegium concedendo. Sed iſte Nauarum hoc modo cauillatur: ait Nauarrus, quidam impetrauerunt priuilegium à Papa, vt poſt horam nonæ, poſſent celebrare, quod non erat neceſſarium, ad euitandum mortale, ſed tantum ad ſerenandam conſcientiam, ergo eodem pacto, dicit iſte, priuilegium impetratum, de celebrando ante matutinum, conceſſum fuit ad ſerenandas conſcientias,& nō ad euitandum mortale.

Ratio Ieſuita contra Nauarrum.

Reſponſio auctoris. Ad hoc reſpondeo, celebrare poſt meridiem eſt vetitum ex præcepto Eccleſię, ideo ait Petrus de Palu.& Sylue. Verbo Miſſa, eſſe mortale,& eſt communis ſententia, ſi fiat ſine neceſſitate, aut ſine diſpenſatione, ſaltem Epiſcopi, vnde priuilegium erat neceſſarium, poteſt tamen dici, pro Nauarro. Cum multis de cauſis, ſit licitum celebrare poſt meridiem aliquantiſper; quas illi patres neſciebant conſiderare, ideo ad ſerenandas conſcientias, priuilegium impetrarunt, ne errarent in cauſa. Præterea, dicit iſte Doctor, extat opinio contraria, ergo licet illi adhærere, ſine mortali. Reſpondeo, opinio hæc eſt res noua,& unus ſingularis Doctoris, contra communem antiquam,& tot uiros doctos, ut ſupra citauimus,& quàmuis Sotus ſit Doctor pręclarus, quia tamen in hoc, ſicut in quibuſdam alijs, contra torrentem currere vult, eſt relinquendus, ne tali periculo expoſiti, ſubmergamur in aliquod mortale, ualentes cum cæteris tutè ambulare. Et poſito quòd noſtra opinio ueritate careret, cum multis errare, error dicendus non eſſet, eo maximè, dum nullum lęthalis peccati periculum incurrimus, ſicut uni ſoli Doctori adhęrere, contra communem, in mortiferi peccati periculo, error non paruus mihi videtur. Ex quo miror quoſdam Ieſuitas, qui conſcientias multum extenuant, vt fas eſt, in hoc, affectione Doctoris, quem in omnibus ſequi uolunt, ita ſecurè loqui. Et ſi aliqui, huius Doctoris ſequaces, in Hiſpania hanc noſtram laudabilem,& approbatam conſuetudinem fortè impedierunt, tamen error eſſet, hanc opinionem in Italiā ſeminare, ubi communiter antiqua obſeruatur, imò quoſcunque interrogaueris, conſcientiam ſibi faciunt, de tranſgreſſione huius approbatæ conſuetudinis, niſi pigritia quadam ſoluendi, uel mane ſurgendi oppreſſi, contrariæ opinioni adhæreat. Supereſt nunc ſatisfacere argumentis iſtius opinionis, in principio poſitis. Ad primum fatemur de miſſis priuatis, nihil in iure expreſſum inueniri, tamen conſuetudine approbata, introductum eſt,& à Summo Pontifice confirmata, vt probauimus. Ad confirmationem, licet horæ Canonicæ ſint quid diſtinctum, à ſacrificio Miſſæ, habent tamen conuenientem ordinem,& connexionem ad id, vt diſponentia ad tale,& tantum ſacrificium: ideo hæc conſuetudo introducta fuit; duplici enim oratione Sacerdos diſponi debet ad miſſæ celebrationem, ait Gabriel, loco citato, una, ad repræſentandū Chriſti paſſionem, altera ad celebrantis purificationem, prima, ſunt horæ Canonicæ, ut ſupra expoſuimus. Secunda, ſunt quidam pſalmi,& orationes, quæ pręparamenta uocantur. Ad tertium dicitur, qui talem morbum habet ut ſacrū miſſę facere poſſet, nō excuſaretur ab officij recitatione, vt ſup. probauimus. Ad quartum, illud intelligitur ſimpliciter, non de eo, qui celebraturus eſt. Ad quintum reſpōdetur, peruertere ordinem unius, aut duarum horarum, eſſet veniale, ſed totum ordinem peruertere, ſine neceſſitate, eſſet mortale: eodem pacto

Alia reſponſio.

Reſpondetur ad argumēta contraria opinionis.

Ad primum.

Ad ſecundū.

Sacerdos quō diſponi dēat ad ſacrificiū miſſa.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Digitized by Google

ctò dicimus de miſſa, fatemur enim in caſu neceſſitatis, illam poſſe dici ante officij ſolutionem. hæc breuiter de quęſtione.

Quarto quæritur de modo dicendi officium, quo ad deuotionem, & attentionē. Pro huius quæſiti perplexi dilucidatione, multa ſunt dicenda. Primo recolendum eſt, quod dicitur Cap. dolẽtes. de celebratione miſſarum, ſuper hoc quæſito, ſcilicet pręcipientes in virtute ſanctę obedientię, vt diuinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, ſtudioſè celebrent, pariter & deuotè. Qui Canon, non eodem modo, ab omnibus interpretatur, & ideo parit magnam difficultatem, vt quęſito benè ſatisfieri poſſit. Aliqui dicunt, hęc uerba eſſe præceptiua, & obligare, ſub pœna peccati mortalis, ſic exponentes, (deuotè) ideſt cum intentione ſatisfaciendi (& ſtudioſè) ideſt cum attentione, circa officium, quod perſoluitur, aliàs non ſatisfacit. Huius opinionis fuit Supplem. & Innocentius. Quam opinionem aliqui refellũt, per hoc, quod putant eſſe impoſſibile, attentionem haberi poſſe, mente fixa, dum officium recitatur, eſſet enim hominibus onera importabilia imponere. Cap. Alligant, 26. quęſtio. 7. Præterea dicunt, attentio fixa eſt quid menti interius, quæ non eſt neceſſaria in horis canonicis, quia recitatio horarum eſt ius Eccleſiæ poſitiuum, quę non ſe extendit ad animi interiora. vnde in dicto Can. præcipitur, vt dicantur horę tantum, quo verò ad modum dicendi, ſuadetur, vt deuotè & attentè dicantur, quod patere poteſt, per illa verba (quantum Deus dederit) huius opinionis videtur eſſe Hoſtien. Summa Roſella, & Archidiaconus; verum, quod hic intellectus tali Canoni conuenire non poſſit, ſic ſuadetur, nam cum horas perſoluere, ante hunc Canonem, iam erat in præcepto, & in obſeruantia, nec ulla erat in Concilio de hoc orta quæſtio, niſi quo ad modum perſoluendi, circa quaſdam imperfectiones, quę committebantur, prout in dicto capit. tanguntur, vnde, ſi aliud quam officium recitare non intenderetur, nihil omnino pręciperetur, ideo aliter cum Petro de Palu. in 4. Sent. diſt. 15. & D Thom. in 4. ſent. dicitur, quod in hoc Canone pręcipitur deuotio, quantum ad actus exteriores, ſcilicet dum horæ dicuntur, nihil operetur, quod impertinens ad dictum officium uideatur, puta fodere, ſuere, cum ſecularibus, confabulari, & eorum interlocutionibus intendere, dum horę recitantur, aures ad indebitos ſermones porrigere, aut ſyncopizando illud tranſcurrere, & ſimilia, quę reprehenduntur in dicto cap. Sed quantum ad actũ interiorem, deuotio pręcipitur, vt ſolummodo procedat ex uoluntate intendentis debito, & Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, quo uerò ad attentionem, intelligitur, vt ipſa actum recitandi pręcedat, intendendo, a principio animum habere, à propoſito nunquam ſe diſtrahendi, vt præcepto ſatisfaciat, & meritum acquirat, quod eſt dicere, requiritur uirtualis attentio in dicendo, virtute primæ intentionis, quando propoſuit officium dicere attentè, quantum Deus dederit, & non actualis continua, quia talis haberi non poteſt ex parte noſtri. Quæ omnia ſignificantur per verba D. Thom. eadem diſt. ita aſſerentis. Quando quis mentem ex propoſito diſtrahit ad alia, in orando, ſine culpa non eſt, præcipuè ſi in alijs ſpontè ſe occupat, quæ mentem diſtrahunt, ſicut ſunt exteriora opera, & ſi mens euagetur, erit culpa mortalis, ſi autẽ ſine, hoc quod percipiamus, mens ad alia euagetur, vel culpa caret, vel minima erit, ſi pręcedens cogitatio, ex qua contingit euagatio, talis eſſe dicatur in culpa. hęc ille. Sed res altius eſt explicanda, vt omnia clara fiant, pro quibus ſunt quædam prælibanda.

Primum eſt: neceſſariũ dici dupliciter, ait Philoſophus. 8. Metaph. Vnũ ſimpliciter, alternum ſecundum quid. Primum eſt, ſine quo finis ſimpliciter haberi nequit, ut cibus pro ſuſtentatione, eſt ſimpliciter neceſſarius, quia ſine eo vita natu-

97 Dubium. De modo recitandi officiũ.

Supplem. Innocent.

Hoſtien. Roſella.

Petrus de Palu. D. Thom.

Delaratio auctoris. Neceſſarium duplex.

Neceſſarium ſimpliciter.
Neceſſarium ſecũdũ quid.
Deuotio, & attentio differunt.
Deuotio quid ſit.
Deuotus, qui dicatur.
Error vulgi circa deuotionem.
Attentio quid ſit.

naturaliter, haberi non poteſt. Secundum eſt, ſine quo, & ſi res ſimpliciter haberi poſſet, non tamen, ita commodè, vnde vocatur neceſſarium ſecundum quid; ideſt valde commodum, & decens, exempli gratia, equus ad iter faciendum ſimpliciter neceſſarius non eſt, ſed multum iuuat, ad commodius, & decentius incedendum.

Secundum eſt, quòd deuotio, & attentio differunt, deuotio enim propriè, vt ait D. Thom. 2. 2. quæſtio 82. eſt quædam animi applicatio in alterius obſequium, vnde qui paratiſſimus eſt, & promptiſſimus alicui nobili parere, & obſequi, illius deuotus dicitur: hinc dicimus, qui obſequitur illi, vel illi ſancto, illius deuotus eſt, qui ergo ita cor Dei ſeruitio deſtinatum habet, vt quidquid pro Deo facit, ſecundum eius voluntatem facere intendit, vt illi placeat, cor deuotum habet; & orando, deuotè orat, vulgus autem deuotionem appellat, illam ſpiritualem dulcedinem, & mentis recreationem, quam ſentit orando, quæ potius deuotionis effectus dicenda eſt, quam deuotio; nam ex illa cauſatur. Attentio eſt, dum mens ad id, quod dicitur, præſens eſt: nempe dum homo aliquid ore profert, mente ſimul concipit, quod loquitur, vnde ſequitur, aliquem quandoque attentè loqui, & orare, & tamen deuotionem, ideſt cor ad Dei obſequium inclinatum non habere, & contra deuotionem quandoque habere, & attentè non orare, quamuis hoc raro fiat, qui enim deuotè orat, mentem ita ad Deum reuocat, vt ex illa deuotione, aliquam ſpiritualem refectionem ſentiat, quod ſine aliqua attentione fieri nequit.

Attentio tripliciter eſſe poteſt.
Attentio actualis quid ſit.
Attentio virtualis quid ſit.
Attentio habitualis.

Tertium, quod notari debet eſt, quod attentio tripliciter nominari poteſt, ſcilicet actualis, virtualis, & habitualis. Attentionis actualis conditio eſt, dum operans actu elicito uoluntatis, actualiter aduertit id, quod facit: puta quis viſitans Eccleſias, pro ſtationibus, paſſim cogitat ſuper id, quod ambulando intendit, ſcilicet indulgentias lucrari. Attentio, tunc virtualis vocatur, quando fit aliquid, ſine actuali cogitatione, verum actio illa continuatur uirtute præcedentis actualis attentionis, quam operans habuit à principio, vnde actio ſic continuata dicitur dependere a prima actuali attentione, tanquam à principio, & eius radice, quamuis operans, pro tunc, ſuper ea actualiter non cogitet, quemadmodum finis, qui eſt cauſa, vt media pro eius conſecutione accipiantur, dum ipſa proſequuntur, non ſemper de fine cogitatur, propter quem operatur. exempli gratia, qui accipit iter, vt Romam petat, non ſemper per viam de Roma cogitat, & tamen totus ille acceſſus fit virtute primæ intentionis, vt Romæ ſit. Attentionem habitualem habere dicitur ille, qui, ex frequentatis actibus præcedentibus habitum acquiſiuit, per quem habitum derelictum, inclinationem quandam habet, ad idem faciendum, etiam ſi dormiat, aut de contrarijs cogitet, puta qui per longum tempus, cum concubina dormiuit, quamuis de peccato pœnitentiam egerit, ſentiet tamen quandam malam inclinationem ad peccatum redeundi, contra ſuam actualem voluntatem.

Attentio ad tria applicari poteſt, aut orationi aut circa verba. Aut circa ſignificata verborum. Aut ad finem orationis.

Quartum prælibandum. Si quælibet iſtarum attentionum ad recitationem officij applicabitur, tripliciter inuenietur, ſcilicet vel attentio erit circa verba & uoces, quæ proferuntur, quod proprium eſt Grammaticorum, qui dum vocaliter orant, ſtudent, vt correctè, & limate legant, vel erit circa ſignificata verborum, quod proprium eſt Theologorum, & ſacras Scripturas profitentium, qui ſenſum verborum ſequuntur, vel attentio, nec ad verba, nec ad ſenſum verborum dirigetur; ſed ad orationis finem, ſcilicet ad contemplationem Dei cum quo loquitur, cor ad alta dirigendo, vel ad Deum laudandum, vel ad neceſſitatem, quam poſtulat (quod proprium eſt ſpiritualium perſonarum, & familia-

nium

Digitized by Google

rium Dei.) Et hic modus orandi eſt communis omnibus, ſiue ſit doctus, ſiue idiota, ſiue Monialis, aut quæuis ſimplex perſona.

Quintum eſt de effectibus orationis, quadruplex enim effectus ab oratione cauſari poteſt: primus eſt, ſatisfacere debito, & obligationi, in illo ſcilicet, qui ad horas tenetur, vt ſupra dictum eſt. Secundus eſt mereri, apud Deum augmẽtum gratiæ, & gradus gloriæ illi correſpondentis: & hic effectus eſt communis omnibus orationibus, tam publicis, quam priuatis debitis, & non debitis, in charitate factis. Tertius eſt, ſentire ſpiritualem animæ refectionem, & recreationem, ac mentis dulcedinem. Quartus eſt impetrare, quod iuſtè, & humiliter petitur, qui effectus omnes, pręter primum, ſunt communes orationibus debitis, & non debitis. His ſtantibus, & bene perceptis, non erit difficile intelligere concluſiones, quas ex eis colligemus.

Quadruplex effectus in oratione cauſari poteſt.
Primus effectus eſt, debito ſatisfacere.
Secundus effectus eſt, mereri.
Tertius effectus eſt, ſpiritualem dulcedinẽ ſentire.
Quartus effectus eſt, impetrare, quod petitur.

Sit ergo prima concluſio, quo ad deuotionem Qui in recitando officio, nullam deuotionem habet, necdum incipit, necdum proſequitur, peccat mortaliter, & debito non ſatisfacit & multo magis alios effectus minimè conſequitur.

Quo ad deuotionem.
1. Concluſio.

Probatur concluſio, deuouere, vt diximus, eſt per aliquod obſequium, Deo animum applicare, & illi placere, qui ergo, dum officium incipit, & finit, nihil horum habet; Deus illud non acceptat. hoc modo facere ſolent quidam Clerici, qui inter ratiocinantes, & calumniantes, ex abrupto incipiunt (Deus in adiutorium meum intende) abſque animo, vt ad cor redeant; aut cogitent, quod facere intendant, aut cui ſeruiant, ſed ex quodam habitu facto, ſolum officium proſequuntur, incompoſitè manentes, in terra iacentes, aut inter ſeculares uana diſcurrentes, & ratiocinantes, murmurando tantum labiis officiũ recitant, ſyncopizando, aut aliquid illicitum operando, & ſimilia, quæ prohibentur in d. cap. Dolentes. Vnde in Moralibus Gregorij fertur, Dæmonem, quibuſdam Clericis officium recitantibus, in terra proſtratis, Cruribus in aerem eleuatis, ridentibus, & ſe inuicem ſputantibus, iaculantibus, & crepitantibus, ſic affatum, ad talem orationem, talem aſperſionem, quos vrina fętida aſperſit.

Deuotionem nullam habẽs circa recitationem officij, nõ ſatisfacit.
Gregorius in Moralibus.

Secunda concluſio ſequitur, circa attentionem habendam. Attentio habitualis tantum, circa verba, ſenſum, & finem orationis, in eis, qui officium recitare tenentur, non ſufficit ad ſatisfaciendum præcepto; nec ad reliquos effectus conſequendos, in eis etiam, qui non tenentur. Probatur quo ad primam partẽ: nam qui officium recitat ex quodam habitu ſolum, ex præcedentibus, attentionibus facto, nullam actualem attentionem ponens, ſaltem in principio recitationis non cogitando, ſcilicet quòd Deo preces fundit, orat pro populo, vel ſimile, non adimplet præceptum, cap. Dolentes, vbi expreſsè præcipitur deuotio, & attentio, contra ſecundam opinionem recitatam, & confirmatur, nam ſtare poteſt, ut habens habitum acquiſitum, ut ſupra, oret peruerſa attentione circa illicita, & turpia, nolens attẽdere, ad quę tenetur; in quo caſu peccat mortaliter, & ex conſequenti non ſatisfacit, nec alios effectus conſequitur. Vtrum autem quoties recitans officium peccat mortaliter, toties illud reiterare teneatur dicetur inferius.

Circa attentionem.
2. Concluſio. Attentio habitualis tantum non ſufficit ad ſatisfaciendum.

Tertia concluſio; Attẽtio actualis continua in tota oratione non eſt neceſſaria, neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ideſt multum conueniens, & decens: eſt enim maximũ ornamentum, & valdè decens, attendere ad uerba, quæ proferuntur, & ad eorum ſignificata, & multo magis ad orationis finem; ideſt mentem, ad eum cum quo loquitur, eleuare.

3. Concluſio. Attentio actualis continua non eſt abſolutè neceſſaria.

Probatur prima pars concluſionis, nam quòd homo à principio ad finẽ vſq; in oratione prolixa, vt eſt officium Diuinũ, & huiuſmodi, ſine interruptione, fixã mentem habeat, eſt impoſſibile. Dico (prolixa) quia ſi oratio erit breuis, nõ

erit

erit difficile. Dico etiam (ſine interruptione) nam ſępè reuocare mentem ad orationis attentionem, non erit impoſſibile; aliàs nunquam ex oratione ſentiretur ille effectus ſpiritualis; ideſt dulcedo animæ, & mentis recreatio, qui haberi non poteſt ſine actuali attentione, ut experientia probat, ſed quòd ſit continua, ſine aliquali diſtractione, ſaltem inuoluntaria, hoc eſt impoſſibile, quod patet conſideranti fragilitatem humanam, quæ per peccatum primi parentis, frenum iuſtitiæ originalis amiſit, itaque qui hæc attentare uellet, eſſet nimis ſcrupuloſus, imò quandoque vitioſus. Vnde Gerſon ſuper hoc ait: Non debent facilè ſuper huiuſmodi aduertentias, & diſtractiones ſcrupuli formari; alioquin nunquam poterit orans cor ſuum quietare, quia nititur ad impoſsibile ſibi, per naturam, vel complexionem, vel conſuetudinem, vel phantaſię turbationem, quæ nunquam poteſt quieſcere, ſicut nec aer, vel mare, dum agitatur, aſſiduitate ventorum: & ideo conſiderate in cap. Dolentes, diſt. prædicta. dicitur, (quantum Deus dederit) annuens nobis, ſummam attentionem haberi non poſſe, aliàs præciperet, quod eſt impoſſibile.

Scrupuloſus nimis eſt qui vellet ſemper attente orare.

Probatur ſecunda pars concluſionis, ſcilicet quòd ſit multum conueniens, cum enim finis, & virtus orationis ſit, mentem in Deum eleuare, per pium, & humilem affectum, quem anima maximè conſequitur, dum per attentionem ad uerba, & ſignificationem ſurſum rapitur, & trahitur ad contemplandum quod ſenſus verborum ſonat, vnde ſentit ſpecialem mentis refectionem: quid decentius dici poteſt quàm attentionem habere? & ſi non continuam ſine interruptione, ſaltem qualis eſt poſſibilis, per frequentem reuocationem, & quandoque illam mentis eleuationem ad Deum habet, à principio, ſine verborum attentatione, per quam fructum, & effectum orationis conſequitur. Vnde Vgo de ſancto Victore in lib. de oratione ait, Pura oratio eſt, cum ex abundantia deuotionis, mens ita accenditur, vt cum ſe ad Deum poſtulatura conuertitur, pręamoris eius magnitudine, etiam petitionis ſuæ obliuiſcatur.

Attentio actualis multum eſt vtilis.

Quarta concluſio. Attentio uirtualis eſt ſimpliciter neceſſaria, ſine qua non ſolum non ſatiſfacit præcepto, illam non habens, uerum etiam peccat mortaliter, ſi eſt obligatus ad horas perſoluendas, qua habita, ſufficit ad ſatiſfaciendũ præcepto. Dixi (ſi eſt obligatus) nam qui non eſt obligatus, orans pro ſua deuotione, ſicut uoluntariè ſine peccato horas, uel orationes dimittere poteſt, ita & diſtractio, mentiſq; euagatio peccatum non inducit: niſi hoc ex contemptu faceret, aut ita incompoſitè, vt ſupra, oraret, aut ſcandalum puſillis daret, quòd peccaret mortaliter, dignitas enim orationis, ex ſua natura habet, vt debitè decenterque fiat, alias orans contemptor, & irriſor Domini videretur; Vnde talibus perſonis melius eſt ſimpliciter, quàm malè orare. præter hæc uoluntaria, & meditata diſtractio in huiuſmodi orationibus, non erit plus quàm ueniale. Probatur cõcluſio, quo ad primam partem, nam orare eſt actus religionis, qui debitis modis debet eſſe circumſtantionatus: nulla circũſtantia eſt ita naturalis, & conueniens orationi, quàm deuotio, & attentio, qui enim proponit Deo loqui, oportet, (quo ad deuotionem) ut mentem ad ipſum reuocet, & (quo ad attentionem) ut in eo, quod facere intendit, ponat aliquod ſtudium ſaltem, dum incipit orare, virtute unius; cętera, quæ proſequitur, benè circumſtantionata dicantur, & hoc ſonare voluit prima opinio recitata; & ad illa uerba Canonis, ſcilicet (quantum Deus dederit) in fauorem ſecundę opinionis citata, dicitur. Concilium illud generale noluiſſe intelligere, ut attentio relinquatur arbitrio orantis, ſed ſignificauit neminem teneri habere ſummam deuotionem, & attẽtionem, ut in pręcedenti concluſione explicuimus: hoc enim eſt donum Dei abſolutè, quod non omnibus conceditur, ideo ne miremini, ſi quandoque legitis, hoc aliquibus ſanctis conceſſum fuiſſe.

4. Concluſio. Attentio uirtualis eſt neceſſaria.

Probatur

Digitized by Google

Probatur ſecunda pars concluſionis, ſcilicet quòd iſta virtualis attentio ſufficit, dictum eſt enim ſupra, triplicem eſſe attentionem, videlicet habitualem, actualem, & virtualem: habitualis non ſufficit, vt in ſecunda concluſione probatum eſt, actualis non eſt neceſſaria, ut patet ex tertia concluſione, & Canon præcepit, aliquam attentionem eſſe neceſſariam relinquitur, per ſufficientem diuiſionem, virtualem ſufficere. Verumtamen eſt hic ualde aduertendum, quod ad conſeruandam uirtualem attentionem per totam orationem, prout ſimpliciter eſt neceſſarium, & iam ſupra probatum, dependentem ab actuali in principio habita, duo requiruntur. Primum eſt vt mentis euagatio, & diſtractio, quæ præuiam actualem attentionem, in orationem proſequendo, aufert, non fiat à propoſito, & dedita opera, ſed inaduertenter: tunc autem inaduertenter diſtrahimur, quando non inſpicimus illam diſtractionem, dum nos inuadit: eſt enim cogitatio quædam auertens animum ab eo, quod homo facit, uel dicit, diſcurrens, & oberrans per extranea quam inuitus patitur, nec ſentiendo conſentit. Hæc autem multis de cauſis aduenire poteſt, vel ex mentis inconſtantia, quã ex originali peccato contraximus: vnde ſicut mare nunquam ad talẽ tranquillitatem peruenire poteſt, vt nullatenus fluctuet, ita mens hominis firmiter meditationi propoſitæ adhærere non valet, vt aliqualiter non diſtrahatur. Conſolentur ergo ſe mentes piæ, & ſcrupuloſæ, ſi illã mentis fixionem in oratione haud ſemper habent. Hanc imperfectionem alter altero maiorem habet, uel ex complexione, uel ex parua conſuetudine, ſicut enim corruptus humor corporis, quo ſemel fluere incepit, illuc ſemper decurrit, ita mens hominis per habitum mundanarum cogitationum, & conſuetudinem prauarum operationum, ad illa ſæpè inclinatur: vel quandoque hoc prouenit ex Dæmonis infeſtatione, qui mentem hominis ab illa dulcedine, qua cum Deo conuerſatur in oratione, diuertere conatur: ideo Eccleſia in principio noſtri ſermonis, dum orare uolumus, nos inſtruit, ut mentem ad Deum reuocemus, & ipſum deprecemur, vt noſtram infirmitatem, & mẽtis imbecillitatem adiuuet, dicendo. Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me feſtina. Diſtractio verò ex profeſſo, mentiſque euagatio dedita opera, tunc fit, quando, dum Deo oramus, ad quædam negotia incompatibilia, vel orationi mortaliter contraria, voluntariè applicemur. Dico (incompatibilia) nam ſi inter veſtiendum, manus lauandas deambulandum, aut ſimile faciendum, officium perſoluimus, quæ attentionem non tantam requirunt, ut ab officij attentione diſtrahere poſſent, non eſſet plus, quàm ueniale, uel nullum: ſed ſi dum officiũ recitamus, uelimus ſcribere, pingere, nummos numerare, aliquod mechanicum manibus operari, uel ſimile, quod ſuapte natura magnam attentionem requirit, procul dubio ab officii attentione, ex profeſſo deliberemur: ſunt enim incõpatibilia iſta, ſcilicet officio, quod recitamus, attendere, & computo nummorum; breuiario, & literis inuigilare, officium recitando, & attendendo, quid ſcribat amicus. Secundum quod requiritur, eſt, vt dum homo aduertit ſe diſtrahi, & diuagari ab officii attentione, mentem ad illud reducere tenetur, & eo maximè, ſi per mentis frequentem euagationem attentio prima periret, quod ſi facit, non peccat, ſaltem formaliter; dicit enim Beatus Baſilius de vita perfecta. Si debilitatus à peccato fixè nequis orare, quantumcunque potes, teipſum cohibeas, & Deus ignoſcet, eo quòd non ex negligentia, ſed ex fragilitate coram Deo, ut opus eſt, aſſiſtere non uales. Si autem non facit, id eſt ſi dum aduertit mentem diuagari, id ex quadam craſſa negligentia permittit, idẽ erit, ac ſi conſulto diuagaretur: tunc autem negligentia erit craſſa, quando uoluntas, ita eſt remiſſa circa ea, quæ ſunt Dei, vt contendat ſe ad attentionem reuocare, ſcilicet dum ab oratione, per aliquod opus diuagatur, & aduertit, non

Virtualis attentio quomodo eſt conſeruanda.

Diſtractio inaduertẽs quã do fit.

Mentis euagatio, quare adueniat.

Deus in adiutorium meũ intende quare dicatur.

Diſtractio ex propoſito.

repellit

Digitized by Google

repellit illam euagationem,ſed moratur in illa,ac nutriendo cogitationes extrauagantes,& impertinentes,in illis mentem paſcit,& delectatur, cum obligatione repetendi eandem horam,ſic recitatam.Sotus lib.10. de iuſt.& iure,q.5.art.5.Gabriel Biel,loco citato.D.Tho.in 4.diſt.15.q.17.art.4. ad 2.argum.eſt etiam ſententia Concilij Pariſiẽſis in tractatu de oratione,non enim ſatisfacit præcepto, qui contra mentem præcipientis agit, includit enim contemptum, vt dictum eſt: qui autem præter eius mentem faceret,non peccaret mortaliter, quod tunc accideret, quando illa diuagatio eſſet inuoluntaria. Non peccat mortaliter Primicerius,ſeu Cantor,qui inter recitandum officium in choro,librum uoluit,Miſſam quærendo, uel aliud cantaturus, ſi per hæc diſtrahatur, aut aliquem Pſalmum omittat,quando aliud tempus non habet. Sylu. Verbo, Hora.§.14.Item qui dum officium recitat in choro,aliqua verba neceſſaria dicit,puta librum,vel aliquid aliud quærit,ſibi interroganti reſpondet,& huiuſmodi, propter quæ, aliquas ſtantias,aut Pſalmum omittit,non tenetur illa reaſſumere,ſecundum Innocent. ſuper cap. Dolentes,licet cautius eſſet,vt reaſſumeret. Dixi (neceſſaria) ſi enim hoc voluntariè, aut ex negligentia facit, non eſt dubiũ,ipſum peccare uenialiter,& reaſſumere teneri,quãuis Archidiaconus dicat non teneri,ſed pœnitere ſufficit: nec per hoc vocem à choro ſubtrahere debet,ſed poſt expletum officium ſuppleat,quod omiſit;Idem intellige,ſi dum officium dicebatur,dormiuit. Item,ſi dum ad chorum acceſſit, officium erat inceptum,ſequatur cum choro,ubi inuenerit,quo expleto, initium ſuppleat, etiam ſi totum matutinum dictum fuerit,& ipſe in choro eſt obligatus.Item qui,dum ſimul cum aliis in choro officium recitat, trahitur ex parte, pro audienda reconciliatione, prætermittendo unum, aut duos Pſalmos,non tenetur illos reaſſumere,quia tunc pro tali ſeruitio,ut intereſſent habetur, ſecus ſi totam horam prætermiſerit,tunc enim melius eſt,vt finito officio in choro,illam reaſſumat.

Primicerius, quando non peccet.

Audiens confeſsiones.

Dubium.

Sed quæritur,cum dictum ſit, circa tria attentionem eſſe,ſcilicet circa uerba, ſenſum, & finem orationis,eſt ne iſta attentio uirtualis circa omnia hæc neceſſaria, an ſufficit circa unum illorum? Ad hoc reſpondetur, & ſit quinta concluſio.

5. Concluſio. Attentio circa quæ ſit neceſſaria.

Præcepta humana ad quæ ſe extendant.

Obligatus ad horas Canonicas recitans illas attentè,quo ad uerba tantum, debitum ſoluit,licet alia ſibi accidentia cogitet,& multo magis,ſi attentio feratur ad ſenſum tantum,vel ad finem.Probatur prima pars.præceptum poſitiuum humanum non cadit,niſi ſuper ea,quæ iudicio humano ſubiacent, qualia ſunt actus exteriores,ſed præceptum,de ſoluendis horis,eſt poſitiuum,ergo recitans horas,ſi attentionem habet ſolum circa actus exteriores, præceptum non tranſgreditur,& per conſequens non tenetur ad horarũ repetitionẽ. Nec obſtat,quòd nõ ſentit dulcedinem ſpiritualem,quæ haberi nõ poteſt,niſi dũ mens ad Deum eleuatur;quia hęc eſt finis orationis,& finis pręcepti nõ eſt in præcepto. Patet etiam, quòd attentio ad uerba ſine attentione ad ſenſum, & finem, ſufficit, nam Moniales,& clerici parum literati non intelligentes, quæ proferuntur,attendentes ad uerba ſolum,ſatisfaciunt pręcepto Eccleſiæ, exercere namque attentionem iuxta literas, & uerba, quæ proferuntur,ueneratur ſcriptura, in qua Spiritum ſanctum ſemper loqui, credere debemus. Probatur ſecunda pars concluſionis; nam qui trahitur ad contemplationem, facit actum Deo magis gratum, quam ſit attendere ad uerba, quæ proferuntur,unde Vgo dicit, hoc genus orandi eſt Deo præ cæteris gratum,& precioſum.

Sequuntur aliæ cõcluſiones communes tam horis debitis, quã orationibus, ex deuotione,& liberè aſſumptis Sexta concluſio,ad conſequendos alios duos

6. Concluſio.

effectus,

Digitized by Google

effectus, nempe meritum, & impetrationem illius, quod petit, non eſt neceſſaria continua actualis attentio, per totam orationem, ſed ſufficit, ut illa habeat in principio, vt dictum eſt in quarta cõcluſione, uis enim illius actus, ſi non interrumpitur per actum moraliter contrarium, durat per totam orationem, ita, vt faciat eam eſſe moraliter bonam. *Attentio virtualis ſufficit in qualibet oratione mereri, & impetrare.*

Septima concluſio, ad conſequendum quartũ effectum orationis, ſ. dulcedinem animæ, & mentis refectionem, ſimpliciter neceſſaria eſt cõtinua actualis attentio, quantũ poſſibile eſt fragilitati humanæ: eſt. n. huiuſmodi attentio cauſa coæua talis effectus, ita, vt ſi deficit, ſimul deficiat dulcedo illa, non enim nutriri poteſt, niſi mens attenta ad Deum eleuata maneat. Vnde Paulus 1. ad Corin. 14. Si orem lingua (ſcilicet tantum) mens mea ſine fructu eſt. *7. Concluſio. Attentio actualis, neceſſaria eſt ad dulcedinẽ ſentiendam.*

98

Dubitatur primo, ſi dum quis orare, aut officium recitare incipit, voluntariè mentem ſuam occupet, ad meditandum Chriſti paſſionem, vel ſimile, vt mentem fixam ad Deum teneat, per totam orationem, non curando de attentione literæ, vel ſenſus verborum, ſatisfacit ne officio, & eius præcepto? Reſpondetur, qui vocaliter orando, ſtudet, vt mens ſua in contemplatione maneat, proculdubio multo melius facit eo, qui ad verba ſolum attendit, elegit. n. optimã partem. Verum, vt huic dubio melius ſatisfaciam, eſt animaduertendum, quòd dum recitat officium, ſi Chriſti paſſionem mediatur, uel horrendum Dei iudicium, vel ſimile, hoc duobus modis accidere poteſt, vel eligendo illa, vt media ad aliquẽ finẽ uel ut finẽ propriè, nempe in eorũ contemplatione perſiſtendo; ſi primum duplicem finem hr̃e poteſt, uel diuinũ, vel humanum, tũc dico, ſi dum Chriſti paſſionem contemplatur intendit ad altiora ſe rapi, & aſcendere ad ea, quę diuinitatis ſunt, vt mens recreetur, & anima ſpiritualem dulcedinem ſentiat, hæc eſt optima meditatio, quia orationis meliorẽ effectũ curat, ideo Vgo dicebat. Pura oratio eſt, cum ex abundantia deuotionis, mens ita accenditur, vt cum ad Deum poſtulatura conuertitur, præ amoris eius magnitudine, etiam petitionis ſuæ obliuiſcatur. Et ſi forte in progreſſu, ad hæc rapi nõ ualet, negligenda eſt hæc perſeuerantia, in meditando, vt dicetur. Si autem dum Chriſti paſſionem meditatur, eam ordinat ad ſuam petitionẽ, quã in oratione intendit; & tunc ſi petitio ſua eſt circa ſpiritualia, nempe vt Deus dignetur donare gloriam, & gratiam in via, uirtutes, & media perueniendi ad gloriam, & ſimilia, erit bona meditatio, cum ſatisfactione pręcepti, quamuis ad literam nõ attendat. Si verò eam ordinat ad aliquod bonum tpale, puta ad victus neceſſaria, vel ſimile, peruerſa erit meditatio, non. n. licet diuina ad humana ordinare, quaſi paſſio Chriſti ſit medium, & victus ſit finis, ad quem totam ſuam meditationem ordinat, huiuſmodi enim temporalia, ſecundario peti debent, cum magna humilitate, & conditione, ſcilicet ſi ſunt ſaluti expedientia, & ad finem vltimũ media conuenientia, in quibus petitionibus temporaliũ non eſt perſiſtendum, aliàs tempus amitteret: & ſi attentio ad hæc eſſet talis, vt totaliter ab attentione literæ ſe retraheret, debitum non perſolueret. Si ſecundum dixeris, ſcilicet, vt meditatio ipſa pro fine eligatur, verbi gratia, ſi inter recitandum officium dicendo Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, occurret in mentem triplex iudicium Dei, videlicet inferni, purgatorij, & huius mundi, & diſcurrendo, voluntariè ſe occuparet in his, meditando, vt trahatur ad effectum quendam cordis, ut iudicium Inferni melius horrere poſſit, à peccatis ſe retrahendo, iudicium Purgatorij, timere, vt hic pro peccatis ſatisfaciat; iudicium huius mundi miſericorditer quærere, ſe diſponendo ad pęnitentiam, vt ſibi peccata remittantur, vel ſimiles cogitationes honeſtas, pro correctione, aut prædicatione facienda, & ſimilia contemplaretur; ita fortiter, vt ab attentione officij ſe retraheret, & pauſaret; tunc dico, ſi dum hu-

1. Dubium. An liceat aliqua meditari dum oramus, & officium perſoluimus.

Triplex iudicium Dei.

iuſmodi in mentem adueniunt,ſolus orat, aut cum aliquo officiū recitat,qui non ſuam moram & pauſam tolerare poſſet,ſuſpendat literę attentionem,& vocalem recitationem , donec illa meditatio durat; & poſtea proſequatur,nam etſi naturalis actus interruptio fiat,moralis tamen continuatio manet; ſi autē orat in communi,uel in choro,ubi poſtea non facile poſſet redire ad paſſum, quem reliquit,proſequentibus ſocijs; talis interruptio , per meditationem voluntariam fieri non debet.Dixi (voluntariam) nam ſi fit inaduertenter,dic,vt ſupra, de euagatione inuoluntaria;melior eſt enim obedientia,quam ſacrificium meditationis.Vnde B.Bernar.in ſerm.49.ſuper hoc dicit .

Nihil operi Dei pręponere licet:deinde ſequitur nil aliud,dum pſallitis,pręter id quod pſallitis,cogitetis.Nec ſolas dico euitandas cogitationes uanas,& otioſas , vitandæ ſunt,& illę,illa dūtaxat hora,& illo loco, quas officiales fratres pro communi neceſſitate, quaſi neceſſario frequenter admittere compellūtur.Sed ne illa quidem profecto recipere,tunc conſulerem,quæ forte paulo ante in clauſtro ſedentes, in codicibus legeratis,qualia,& nunc me uiua uoce diſſerente , ex hoc auditorio Spiritusſancti recentia reportatis, ſalubria ſunt , ſed minimè illa ſalubriter inter pſallendum reuoluitis; Spiritus enim ſanctus. illa hora,gratum non recipit,quidquid aliud,quam debes , neglecto eo, quod debes,obtuleris.hæc ille .

99 *Dubium. 2. Tot pſalmos recitare, ad quid deſeruiat. Oratio quid ſit.*

Dubitatur ſecundo.Si Deum pro noſtra,vel aliorum ſalute oramus , vel aliquod particulare petimus; ad quid deſeruit tot & tā longa Pſalmorū ricitatio? cum in illis non contineantur noſtræ preces,nec ad noſtras petitiones pertinere videatur: ſi enim petimus remiſſionem peccatorum;quid nobis prodeſt ſi dixerimus Pſalm.Quare fremuerunt gētes,Attende popule meus, & ſimiles? Ad hoc reſpondetur,cum Vgone,loco ſupra citato. Cū oratio ſit aſcenſus mentis ad Deum per pium,& humilem affectum, vt dictum eſt;non opus eſt in oratione,vt Deus verbis inſtruatur,noſtram petitionem ſignificātibus,agnoſcit enim Deus,antequam petamus , quibus indigemus;ſed his vtimur in oratione, vt in nobis excitetur pietatis affectus , quo mediante diſponimur ad recipiendum quod petimus. Cum ergo vtimur pſalmis,inter precum uota,prouocamur ad eis amorem,narrando laudes Dei,& facta heroica,quæ in dictis pſalmis continentur, vt patet dicendo: Diligam te Domine.Domine dominus noſter.Omnes gentes,& ſimiles.Quandoque humiliamur ante eius conſpectum,noſtram miſeriam commemorando,vt videtur,dicendo.In te Domine ſperaui. Ad Dominum cum tribularer, & ſimiles .

Quandoque malitiam noſtrorum inimicorum, & aduerſariorum exaggeramus, dicendo: Vſquequo Domine exaltabitur inimicus meus ſuper me? Quid gloriaris in malitia,qui potens es in iniquitate,& huiuſmodi. Vnde , licet eorum narrationes,noſtras petitiones nō contineant,debent tamen quoſdam affectus , quibus nos in Deum excitant , ideo non ſunt impertinentes in noſtris

Ratio auctoris.

orationibus . Accedit & alia ratio. Oratores docent, vt cum velimus aliquid à magno uiro impetrare,prius oportet, vt eum laudemus, eius progeniem,virtutem,& potentiam magnificemus, feſta heroica, & laude digna propalemus,vt ex his,nobis placabili,& beneuolo affecto, facilè,quod petimus obtineamus . Hoc artificio , Eccleſia officium compoſuit , in qualibet enim hora canonica , primum certos pſalmos legit, in quibus Deus pro modulo veneratur, & laudatur,& in fine orationem ponit,in qua noſtra petitio explicatur .

100 *3. Dubium. Officium mutare oratio licet.*

Dubitatur tertio,quid dicendum de his qui mutant officium , vel ordinem , aut omittunt illud in toto,vel in parte? Quo ad primum,reſpondetur,poſt poſitis quę per Summiſtas,de mutatione officij ſuo libito, dicuntur:hodie nō licet vti hac li bertate,nam per Extrauagantem Pij V.Super nouo Breuiario Roma-

Digitized by Google

no reſtituto, præcipitur, vt obſeruetur vniformitas breuiarij noui, tã in ſeruientibus in choro, quam priuatim, & domi recitantibus, ab omnibus cuiuſcunque ordinis, illis tamen exceptis, qui ab ipſa prima inſtitutione, à Sede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ, vel ipſa inſtitutio ducentos annos antecedat, alijs breuiarijs, & officijs vſos fuiſſe, conſtiterit, itaque, ſi alio breuiario vſi fuerint, ac ſi non recitaſſent, cenſebitur: Vnde qui diceret de ſancto in die, quo dicendum eſſet de feria, vel contra, non ſatisfacit, etiam ſi ex aliqua inaduertentia id acciderit, & poſtea aduertit in tempore, quo poteſt reiterare, & non reiterat: nec ſufficit illud, pro die ſequenti, ſatisfaciendo referuare.

Sed quid dicendum de eo, qui vouit dicere officium talis ſancti, puta Leonardi, die ſuo, in quo, ſecundum nouum Breuiarium, dicendum eſſet de feria? Dicat duo officia, unum de feria, ſecundum obligationem communem, & alterum de ſancto, ſecundum votum; idem dicendum, ſi ex deuotione ad hoc moueretur. *Dubiolum.*

Quo ad ſecundum, videlicet horarum ordinẽ dicitur: Qui obligatus eſt recitare in choro, ſi non acceſſit à principio, debet officiũ ſequi, vbi inuenitur, quo toto abſoluto, initium reaſſumere, etſi inter recitandum reliquit vnã, aut duas horas, quia fuit vocatus ad audiendas Confeſsiones, vel aliud neceſſariũ faciendum, rediens, tenetur ſequi chorum, & poſt totum ſolutum reaſſumere, quod reliquit, etſi hoc faceret ſine neceſsitate, recreationis cauſa, vel ut colloquiis ſecularium vacet, non eſſet immunis à mortali. Qui per obliuionem amiſerit aliquam horam, uel pſalmum, hymnum, vel nocturnum; non opus eſt totum reiterare; puta dixit tertiam, relicta prima, non eſt neceſſarium dicere primam, & tertiam iterum; ſed ſufficit, ſoluto toto officio, ſuppleat, quod omiſit. Secundum Innocen. Laurentium, Sotum, & reliquos. Si autem hunc ordinem prætermiſerit, dedita opera, ſi quod prætermiſit parum fuit, puta unum Pſalm. Hymnum, Reſponſorium, Antiphonã unam, uel duas ſtantias, uel ſimile, veniale erit: ſi verò ordinem notabiliter peruertit, puta inuenit ſocios dicentes primam; ipſe autem, ut non diceret ſolus, incepit primam cum illis, & poſtea reliquum ſatisfecit; vel dixit primum nocturnum cum uno, tertium cum alio, deinde primam, & reliqua, & quod omiſit, in fine poſtea ſimul reaſſumpſit, tunc ait Petrus de Palude, Syluest. & Nauarrus, totum reiteret, aliàs mortaliter delinquit; hæc omnia intellige, ut ſuppleantur in tempore, ideſt eodem die; nam media nocte tranſacta, non eſt amplius tempus reſtituendi, ſed pęniteat de mortali. *Ordinem officij quãdo mutare liceat.*

Quo ad tertium, relinquere totum officium, ſine neceſsitate, mortale eſt, quamuis poſtea die illud reaſſumat. neceſſitas excuſans, tunc eſt, quando infirmatur, ita grauiter, quòd officium recitando. notabiliter læderetur, aut quando Breuiarium amiſit ſine ſua culpa, aut emere non valet, opus eſt concionare, in circulis diſputare, legere in publico, & ſimilia facere, quæ ſi non fierent, graue ſcandalum orıretur, & talis tempus non habet, recitandi officium. pro his, uide Nauar. cap. 25. nu. 101. *Totum officiũ omittere quãdo liceat.*

Quo ad quartum, an ſit mortale omittere unam horam voluntariè? Syluester quo ſupra dicit, quòd ſic, ſi ſcienter hoc facit, & rationabiliter, alias Pius V. ut in ſua Extrauaganti ſupra recitata, non impoſuiſſet beneficiato pęnam reſtituẽdi fructus beneficij, pro una hora ſi tantum eſſet ueniale, cui non placet hæc ratio dicat ſaltem pro maiori ſecuritate, & cum ita ſit. *Omittere vnã horam uoluntariè, an ſit mortale peccatum.*

An quot horas omittit, tot mortalia committat. Reſpondet Supple. & Summa Piſanella, quòd ſic, quod Syluestr. intelligit, ſi diſiunctim recitare tenebatur, ut Religioſi, & ſeruientes in choro, qui autem ad hæc non tenetur, omnes omittendo pro uno peccato computatur. *Dubiolum.*

H 2 Quæ-

Digitized by Google

101 *4. Dubium. Quando teneamur reiterare officiũ male recitatum.*

Quæritur quarto, an quoties quis peccat mortaliter, malè officium recitando, toties teneatur illud reiterare, ita ut non reiterãdo committat duo peccata, unum, quia malè recitauit, alterum, quia non reiterauit. Sotus lib. 10. de iuſt. & iuterq. 5. art. 5. Reſpondet affirmatiuè. Sed contra hoc arguitur. Qui die feſto audit Miſſam cum animo mortaliter corrupto, puta puellam libidinosè aſpiciendo, vel ſimile, ſi miſſam audit, ſatisfacit præcepto, ergo eodem pacto, de officio dicendum eſt. Ad hoc reſpondetur, quòd eſt differentia, inter præceptum de audienda Miſſa, & de recitando officium, in illa namque ſolum præcipitur, ut audiatur, quamuis tunc adſit propoſitum, & intentio mortalis, prout in cap. Miſſas, de conſecr. diſt. 1. cuius verba ſunt hęc.

Miſſas die Dominico, ſecularibus totas audire, ſpeciali ordine præcipimus, ita, ut ante benedictionem ſacerdotis, egredi populus non prȩſumat, quod ſi fecerint, ab Epiſcopo confundantur.

102 *Præceptũ de audiẽda miſſa explicatur.*

In die Natalis Domini ex præcepto non tenemur niſi ad unam miſſam audiendam.

Qui ſint exempti à præcepto audiendi miſſam.

Pro cuius explicatione ſingula verba notanda ſunt. Dictum eſt (miſſas) ad excludenda alia officia, & horas canonicas. Dictum eſt etiam (miſſas) diſtributiuè, & non collectiuè, ideſt non quòd vnus plures miſſas audire teneatur, ſed ſinguli ſingulas, etiam ſi dies Natalis fuerit, ut notat Nauarrus cap. 21. nu. 1. Dictum eſt (die Dominico) per quem intelligitur omnis dies feſtus, qui de præcepto obſeruari debet, ut notant communiter Doctores, per c. Qui die ſolenni. eadem diſt. Cæteris autem diebus, nemo ex præcepto ad hoc tenetur, etiam nec clerici vel religioſi. Dictum eſt (ſæcularibus) non quòd clerici, & religioſi ab hoc præcepto ſint exempti, ſed non nominantur, cũ enim ad maiora teneãtur, ad hæc ſubintelliguntur eſſe obligati: per argumentum à maiori ad minus, ut bene notat Archidiaconus, & omnes Doctores. Vnde ab hoc prȩcepto nemo vtriuſque ſexus excluditur, niſi paruuli ante annum diſcretionis, ſtulti, infirmi, & eis ſeruientes, & qui aliqua neceſſitate impediuntur, ut ſunt nutrices, quæ paruulos ſine periculo dimittere non valent, ſerui, quãdo ſunt à dominis impediti: verum ad hoc peccatum tenẽtur domini, pro ſeruis, & dñæ pro ancillis, & matres pro filijs, qñ poſſunt eos ad Eccleſiam mittere, & negligunt, aut impediunt, ſiue magna neceſſitate, guardiam, cuſtodes, & caſtellani, qñ non poſſunt loca cuſtodiæ ſine periculo, vel dãno relinquere; dñi publici, & negociatores, cauſis, & negotijs vrgentibus occupati, pro alio tempore differre nõ valentes, laboratores, qñ diebus feſtiuis, laborandi licentiã habent, qui. n. diſpenſatur in uno, diſpenſatur ẽt in alio, ſine quo primum haberi non poteſt, itinerãtes longum iter facientes inter quod dies feſtus aduenit, vel ut comites non perdant, qui eos expectare nolunt. mulieres pauperes, ac etiam nobiles, veſtes non habentes, ad euitanda ſcandala, & pudorem. puellæ virgines, ubi eſt conſuetudo, ut domo nõ exeant nouiter nuptæ, qñ timetur mariti zelotipia. viduæ, & quarum parentes etiam defuncti ſunt, per menſem, vel etiam annum, quæ honeſtatis cauſa, domos non exeunt. vbi uiget talis conſuetudo. Dico (domos non exeunt) nam ſi ad conſanguineas & amicas uiſitandas exeunt, nõ excuſantur, non. n. licet, pro Eccleſia, luctum obſeruare, in fraudem animæ, & corpori, per recreationem, indulgere, vnde talis conſuetudo eſt reprobanda, & quo ad fieri põt abolenda. Excõicati, & interdicti quoque ab hoc præcepto ſunt exempti, imò ut rectius loquamur, nõ pñt ſacrum audire, quod infligitur eis pro pœna, niſi excõicatio eſſet iniuſta, et ſi de iniuſtitia non conſtaret, debent in ſecreto ſacrum audire, ad euitanda ſcandala: de quibus ſuis locis dicemus. Dictum eſt (totas audire) ideſt integras, vnde, qui partem notabilẽ dimitteret, præceptum non adimpleret, ſecundũ Archid. Sylu. & Nauar. Secus ſi eſſet minima, quod. n. minimum eſt, pro nihilo reputatur. c. re vero. de conſec. diſt. 2. ſed quomodo eſt diffiniẽda pars notabilis, & minima? dico ſi aduenit, introitu iã dicto, parũ re-

Diſpenſatus in uno, intelligitur diſpẽſatus in alio, ſine quo diſpenſatio non valeret.

Miſſam audiens totam audire debet.

Minimum

ſcit,

Digitized by Google

fert,ſi autem poſt dictum,gloria in Excelſis Deo,vel poſt epiſtolam recitatam quando non dicitur gloria,non ſatisfaceret:poſſet tamen poſt ſacrum expletū, procurare,vt ſibi repetatur illud initium,ad euitandum mortale,imò poſſet videre duas miſſas diminutas,principium vnius,& reliquum alterius,dummodo videat Chriſti eleuationem,aliàs deficeret,quod eſt formale,& maius in ſacrificio miſſæ:ex parte poſt, debet expectare benedictionē ſacerdotis,& quamuis Nauar.quo ſupra,dicat, ſi parum ante benedictionem exiret, pro minimo reputari,tamen vt Sylueſt.& alij dicunt,non excuſari,maximè ſi id ſine neceſſitate faceret,quia in cap.Miſſas.ſignanter hoc notatur, cum aliqua tamen neceſſitate,eſſet veniale. Dictum eſt (audire) pro quo nota,quod hic nō opus eſt,ad ſatisfaciendum præcepto illa deuotio,quæ in officio requiritur,ſed ſatis eſt,vt audiens miſſam,cōpoſitè maneat, nā ſi pro maiori parte miſſæ, nugaretur,aut huc,& illuc, per Eccleſiam deambularet,ita,vt ſacerdotem uexaret,& ſocios adſtantes ſcandalizaret,non ſatisfaceret,non enim talis modus dicitur,miſſam audire,nec requiritur neceſſariò attentio firma circa ſingula verba , quæ ſacerdos dicit,quamuis multum conferret ad meritum,nam aſpiciētes à longe,propter multitudinem,& ſurdi non valentes audire,non ſatisfacerent,ſed ſufficit, vt ſciat , & aduertat , quid ſacerdos dicat,& faciat , vnde qui eum audire non poſſunt tenentur aſpicere ſigna,quę fiunt à ſacerdote,vt inde intelligant,quid tunc dicatur; Nec audiendus eſt Nauarrus,dicens,poſſe Clericum, vel Monachum ſimul ſatisfacere miſſæ attentioni , dum ex præcepto tenetur,& officij debiti recitationi,ſed Caietanus,qui in Opuſculis ſufficienter oppoſitum probat:vnde dico,dum ſacerdos Secreta dicit,quilibet poteſt quod uelit,orando, dicere,ſiue debitum ſit,ſiue non: dum aūt alta voce orat , nemo horas perſoluere debet,imò dico,ꝙ nec ſecularis officium B.Mariæ,vel alias orationes,tūc legere pōt,ita officio attendendo,vt per eius attentionem,diſtrahatur, & non audiat ſacerdotē, poſſet tamen dicere aliquot Pater noſter,& Aue Maria,quæ tantam attentionem non requirunt,poſſet etiam dum cantatur Kyrie,& Credo in miſſa ſolenni,illis ſecretò lectis,horas perſoluere Canonicas.Et denique ſiue oret, ſiue moralia cogitet,dum miſſam audit,dummodo ſciat, & videat, quid facit ſacerdos,ſatisfacit præcepto, quia Canon (miſſas) nil aliud præcipit;ſed de recitatione officij non eſt ita,nam in cap.Dolentes . expreſsè præcipitur deuotio,& attentio,vt ſupra dictum eſt. Vnde ad dubium ſupra factum, de hoc dicitur;ſi dum recitat officium facit aliquod opus mortaliter contrariū deuotioni,& attentioni officii , peccat taliter dicendo, & ſi non reiterat,iterū pecat,quia non ſatisfecit: ſi autem faciet aliquod mechanicum,quod non erit peccatum per quod aufertur deuotio,aut diſtractio & euagatio auferens attentionem debitam,et de ſe non eſt peccatum mortale,vnum peccatum committit,ſi non reaſſumit malè ſolutum: ſi verò inter recitandum officium aderit aliqua cogitatio mortalis,quæ non aufert officii attentionem,ſaltem literalē,puta canendo habet mortalem vanam gloriam,aut admittit cogitationem libidinoſam,vel odioſam , tunc ſatisfacit præcepto , quantum ad ſubſtantiam,licet peccet mortaliter. Hactenus de defectibus, horis Canonicis accidentibus.

pro nihilo reputatur.

103 *Officium recitare, dum auditur miſſa ex præcepto, nō ſatisfit miſſa.*

De peccato in Spiritum ſanctum.

QVæritur denique,vt imponatur finis huic materiæ de peccatis & promiſſum abſoluatur . Quid ſit peccatum in Spiritum ſanctum ? Ad hoc tripliciter reſponderi poteſt,prout tripliciter hoc nomen,Spiritus Sanctus,intelligi valet. 104

5. Dubium. Quid ſit peccatum in S.S.

Primo

Digitized by Google

S. S. tripliciter accipitur. *1. Eſſentialiter.* Primo Spiritus ſanctus accipitur eſſentialiter, ſecundum quod conuenit toti Trinitati, & hoc modo, hoc nomen Spiritus ſanctus ſunt duę dictiones, quęlibet enim perſona in Trinitate eſt Spiritus, & eſt ſancta: vnde dicitur Spiritus eſt Dominus, eſtote ſancti, ſicut & ego ſanctus ſum, & ad hunc ſenſum, omne peccatum mortale dicetur peccatum in Spiritum ſanctum, quia per omne mortale offenditur Deus, & tota Trinitas, ſed hic ſenſus non eſt ad propoſitum. *2. Accipitur perſonaliter.* Secundo, accipitur Spiritus ſanctus perſonaliter, vt eſt tertia perſona in Trinitate, & tunc peccare in Spiritum ſanctum, eſt peccare contra appropriatum Spiritus ſancti. *Attributa diuina æqualiter prædicantur de tribus perſonis.* Pro cuius rei intelligentia eſt notandum, quod licet tres perſonæ in diuinis ſint unum eſſentialiter, quarum eſſe, eſſentia, ſubſtantia, viuere, & intelligere, ſunt idem, & ideo omnia attributa, & proprietates diuinæ, æqualiter de ipſis prædicantur, ſcilicet potentia, ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & reliqua; Vnde Athanaſius. Omnipotēs Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus: & ſic de reliquis attributis dicendum eſt: ſacri tamen Theologi, per quandam appropriationem, attribuunt diſtinctis perſonis quædam iſtorum diſtinctè; quæ proprietates uocant, puta patri attribuunt omnipotētiā, filio ſapientiam, Spiritui ſancto bonitatē: & rationabiliter: potentia namque eſt principium operandi, & quamuis pater dicatur principium, filius, atque Spiritus ſanctus reſpectu creaturarū, tamen quia pater eſt principiū in Trinitate, per modum originis, inquantum producit filium, & vna cum filio ſpirat Spiritum ſanctum, ipſe autem à nullo producitur, vnde dicitur principium non de principio, quia à nullo eſt factus, nec genitus, nec procedens; filius autem dicitur principium de principio, ſicut Deus de Deo: quia genitus à patre, pariter & Spiritus ſanctus, quia ſpiratus ab vtroque: ideo per quandam appropriationem, potentia attribuitur patri. *Perſonales Omnipotētia quare attribuitur patri.* *Sapiētia quare ſe attribuatur filio.* Sapientia attribuitur filio, qui filius generatur à patre, per modum intellectus, pater namque intelligendo ſe, conſtituitur in eſſe patris, per memoriam fęcundam, comprehendendo ſeipſū, ait Auguſt. 13. de Trinitate, quæ nō eſt aliud, quam notitia impreſſa ſuiipſius, à qua media operatione intellectus, procedit ad intra conceptus quidam eiuſdē eſſentiæ, qui vocatur notitia expreſſa, ideſt verbum cordis, quòd verbum, filius vocatur, eo quod producitur, per modum generationis viuentium, quæ propriè natiuitas dicitur, habet enim quattuor conditiones naſcentium, vt ait D. Th. 1. par. q. 27. art. 2. ſcilicet producitur, per operationem vitalem, eo quod intellectualis eſt, à principio coniuncto, eo quod conceptus eſt intra concipientem, in hoc enim differt produltio ad ad extra, à productione ad intra, nā quod producitur ad extra, differt à ſuo producente, ſed quod producitur ad intra, per operationem intellectualem, eſt idem cum producente; eſt quoque per modum ſimilitudinis, quia conceptus eſt ſimilitudo rei intellectæ, eſt quarto, & vltimo eiuſdem naturę, nam cum in Deū non cadat accidens, ſed quidquid eſt in Deo identificatur cum ſua eſſentia, ergo iſte conceptus eſt eiuſdem ſubſtantię, & naturę: cū igitur productio hęc habeat oēs conditiones naſcentium, merito vocatur natiuitas, & quod ex ea producitur vocatur filius, dictum eſt, hoc verbū non eſt accidens, ergo eſt ſubſtantia, ergo ſubſiſtens, ergo habet perſonalitatem, & cū ſit filius, habet patrem, vbi autem eſt pater, & filius, eſt oppoſitio relatiua, & ubi eſt oppoſitio relatiua, ibi eſt diſtinctio realis, ſequitur igitur ex omnibus his, quòd filius eſt realiter diſtinctus à patre, perſonaliter, & idem in eſſentia, & natura, genitus per operationem intellectualem, ex notitia ſui ipſius; vnde dicitur ſapientia patris, ideo, per quandam appropriationē ſapientia attribuitur filio. *Secunda perſona in Trinitate, quod eſt Verbum, quare dicatur filius.* *Bonitas quare attribuatur S.S.* Bonitas attribuitur Spiritui ſancto, nam Spiritus ſanctus procedit per modum uoluntatis, à qua procedit amor, hoc modo, pater amando ſe & filium, vnica dilectione, & econuerſo, ex hoc amore patris ad filium, & filij ad pa-

Digitized by Google

ad patrem, prouenit quædam impreſſio (ut ita dicam) rei amatæ in amante ad inuicem, ſecundum quam pater eſt in filio, & filius in patre, ex hac procedit quidam nexus, inter Patrem, & filium, qui eſt amor patris & filij; qui quidem amor (eadem ratione, qua de filio dictum eſt) ſubſtantia ſubſiſtens, patri, & filio relatiuè oppoſita, eſt; & perſona diſtincta ab eis, qui amor, etiam cum non habeat nomen, quo propriè uocari poſſit, ſortitus eſt nomen Spiritus ſancti, per ſimilitudinem à rebus corporeis acceptam, ait D. Th. quo ſupra, proprium enim amoris eſt mouere voluntatem amantis in amatum, impellendo tanquã flatum uenti, quem ſpiritum vocamus, ideo amor iſte ſpiritus uocatur, & quia quidquid in Deum ordinatur, ei Sanctitas attribuitur; amor igitur Dei Sanctus eſt, & ideo Spiritus ſanctus conuenienter dicitur, qui amor, cum ſit actus uolũtatis, cuius obiectum eſt bonum, ideo Spiritui ſancto attribuitur bonitas. Hinc aiunt, dum qui peccat ex fragilitate, & infirmitate quadam, dicitur peccare in patrem, quia contra potentiam, dum autem peccat ex ignorantia, dicitur peccare in filium; quia contra ſapientiam, dum verò ex certa malitia dicitur peccare in Spiritum ſanctum, quia contra bonitatem. Et quia non omne peccatum, quod ex malitia fit, ſolemus vocare peccatum in Spiritum ſanctum, ad noſtrũ propoſitum, ſed quod fit ex quodam cõtemptu, ideo tertio dicimus, Spiritum ſanctum quandoque accipi, pro effectu Spiritus ſancti, non tamen omni, ſed eo, quem operatur in remiſſionem noſtrorum peccatorum, cum ſit charitas patris, & filii: & hoc modo peccatum in Spiritum ſanctum, de quo loquimur, eſt quoddam genus peccati, cui aſſignantur ſex ſpecies, ſecundum quòd ſex effectus Spiritus ſanctus operatur in noſtra conuerſione, remouendo nos ab intẽtione peccandi: contra quos effectus, ex certa malitia contemptibiliter repugnamus. Primo, Spiritus ſanctus auertit nos à peccato, per conſiderationem Diuini iudicii, quod habet iuſtitiam pariter, & miſericordiam, conſiderando .n. iuſtitiam Dei peccata punientis, & nullum malum impunitum relinquentis, timore quodam à peccando abſtinemus, & ſi fortè labimur, ne illo deſperemus, adiuuamur per ſpem, ex conſideratione diuinę miſericordiæ remittentis peccata, pede namque timoris retrahimur, pede autem ſpei animamur, & ſic ambulãdo, peccata uitamus, & veniam conſequimur: qui autem in altero illorũ claudicat, incidit aut in peccatum deſperationis, contemnendo diuinam miſericordiam, aut præſumptionis, contemnendo diuinam iuſtitiam. Secundo, Spiritus ſanctus auertit nos à peccando, per conſiderationem donorum Dei, quorum unum eſt agnitio veritatis, quam contemnentes impugnamus, vt in peccatis perſiſtamus; Alterũ eſt auxilium interioris gratiæ fraternæ, quam per inuidiã contemnimus. Tertio Spiritus ſanctus retrahit nos à peccando, per conſiderationem conditionum peccatorum, vna eſt turpitudo actus peccati, cuius conſideratio facit nos relinquere peccatum, quæ quidem conſideratio, ſi contemnitur, & refellitur, facit hominem impœnitentem; Altera cõſideratio eſt breuitas boni fugitiui, & tranſitorii, quod in peccato inuenitur, & perpetua pœna ſequens peccatum, quæ ſi à peccatore aduertantur, facient, ut in peccato nõ permaneat, & ſi contemnantur, obſtinatio quædam inſurget. Hinc habemus contra hos ſex effectus Spiritus ſancti ſex ſpecies peccatorum in Spiritum ſanctũ. Prima vocatur Deſperatio, de miſericordia Dei, & indulgentia peccatorum; hoc modo peccauit Caim, & Iudas. Secunda vocatur Præſumptio, qua homo venit in talem dementiam, ꝙ imaginatur, ſe poſſe conſequi gloriam ſine meritis, & remiſſionem peccatorum, ſine pœnitentia: vnde hac confidentia munitus, ſine fræno ad peccata currit. Tertia vocatur impugnatio veritatis agnitæ, quod accidit, dum homo, vt libentius peccet, ita in peccatis ſibi indulget, ut veritatem impugnet, Dei legem ſecundum ſuam affectionem, exponendo, contradi-

S. S. accipitur pro effectu S. S.

S. S. ſex effectus operatur in noſtra conuerſione.

Sex ſpecies peccati i S. S.

Deſperatio.

Præſumptio.

Impugnatio veritatis agnitæ.

SVMMARIVM EORVM

Quæ continentur in hoc tertio capitulo, de Circunſtantijs.

1 *QVot ſint circunſtantiæ,& quæ ſint.*
2 *Quæ ſint circunſtantiæ impertinentes.*
3 *Circunſtantiæ alleuiantes peccatum,ſunt duplices,& quæ ſint.*
4 *Circunſtantiæ aggrauantes peccatum in eadem ſpecie non ſunt neceſſario confitendæ,ſed multum laudabiliter.*
5 *Circunſtantiæ mutantes ſpeciem, quando aggrauent infinitè, & quando non, quotuplices ſint, & quomodo confitendæ ſint.*
6 *Quot circunſtantiæ neceßario confitendæ ſint.*
7 *Circunſtantia (Quis) quando requiratur,vt confiteatur.*
8 *Qualibet ſpecies voti in confeſſione explicari debet, tanquam circunſtantia neceſſaria.*
9 *Quid ſit ſcandalum, & quotuplex.*
10 *Circunſtantia (Quid)quid ſignificet,quomodo confitenda ſit.*
11 *Sacrilegium eſt triplex.*
12 *Aliquid eſſe ſacrum,quadrupliciter intelligi poteſt.*
13 *Blaſphemia,habet plures ſpecies.*
14 *Circunſtantia(Vbi)quibus caſibus ueniat neceſſario confitenda.*
15 *Circunſtantia(Cur)quid dicat,& quando confiteri debeat.*
16 *Circunſtantia(Quomodo)quid dicat, & in hoc declarantur quot ſpecies habeat peccatum contra naturam.*
17 *Circunſtantiam(Quando)non eſſe neceſſariam confiteri,declaratur.*
18 *Circunſtantia(Quoties) quomodo ſit neceſſaria confiteri circa peccata interna,quomodo circa peccata externa, vbi ſuper hoc declaratur quoddam pulchrum.*
19 *Docetur modus,quem tenere debet confeſſor in examinando pœnitentem ſuper circunſtantijs,& quomodo debeant poni in praxi quæ dicta ſunt ſupra.*

CAPITVLVM SECVNDVM

De Circunſtantiis.

Circunſtantia vnde dicatur.

DE Circunſtantijs duplex eſt conſideratio.Vna de earum quidditate,ſeu eſſentia,& ſubſtantia.Altera de earum confeſſione.

Quantum ad primam dicitur breuiter ſecundum D. Thom.1.2. q.7.art.1.quod Circunſtantia ut nomen ſonat,eſt accidens extrinſecum actioni adiacens,quod eius qualitatẽ variat in genere moris augendo, & minuendo. Et dicitur à circunſtando, ſimilitudinem trahens à corporibus, quæ loco circunſcribũtur, ſicut enim illa, quę corporibus localibus appropinquant, & attingunt ſecundum locum,circunſtare dicuntur, ita, quę actibus humanis adiacent circunſtare dicentur,vnde circunſtantię vocantur.Et communiter loquendo ſunt ſeptem,quæ continentur in hoc verſu.

Quis,Quid,Vbi,Per quos,Cur,Quomodo,Quãdo.

1 *Quot ſint circunſtãtia peccatorum.*

SEd ſecundum Raimundum ſunt octo,quia ponit Quoties eſſe circunſtãtiam,ſed hoc accipiendum eſt largo modo:nam reuera dicendum eſt,q̃d pertinet ad eſſentiam peccatorum, quia numerus peccatorum neceſſario eſt manifeſtandus.Quis,dicit qualitatem,& conditionem perſonæ,vt ſi perſona,quæ peccauit, vel cum qua peccauit eſt religioſa,vel in dignitate conſtituta,iuuenis,vel ſenex,& ſimilia.

Quid,dicit qualitatem peccati cõmiſſi, naturam,& ſpeciem,puta ſi mortale,vel veniale,occultum,vt furtum,publicum,vt rapina . Vbi dicit qualitatem loci,vbi conſummatur peccatum.Per quos,vel quibus medijs, dicit circunſtãtiam medij,ideſt quos mediatores poſuit ad patrandum peccatum.

Cur,dicit circunſtantiam finis,ſcilicet quo fine, vel qua intentione peccatũ fecit. Quomodo,dicit circunſtantiam modi, ſcilicet ſi naturali, vel innaturali modo peccauit:agendo,vel patiendo.Quando,dicit circunſtantiam temporis, ſcilicet diei feſti,aut vigiliarum.

Quoties ; dicit circunſtantiam numeri peccatorum,puta quoties fornicatus eſt,quoties furatus eſt,quoties blaſphemauit,& ſimilia .

Quantum ad ſecundam conſiderationem, ſcilicet de earum confeſſione, eſt primo aduertendum,quod huiuſmodi circunſtantiarum quattuor ſunt genera.

2 *Circunſtãtia impertinẽtes.*

Quædam dicuntur impertinentes,ideſt nihil pertinet eas confiteri,& ſunt illæ,quę nec augẽt,nec minuunt peccatum,puta peccare cum iuuene, vel ſene, furari manu dextra,vel ſiniſtra,domi,vel in agro, circumſcribere peccatum cũ alijs negotijs licitis componendo multa verba non neceſſaria,& ſimilia.Et iſtæ ſunt reijciendę,quia nihil faciunt ad exprimendam qualitatem peccati, & earum confeſſio eſt contra primam conditionem,quæ eſt,vt ſit ſimplex.

3 *Circunſtãtia minuentes.*

Quædam dicuntur circunſtantiæ minuentes,ſeu alleuiãtes peccatum,& hæ ſunt in duplici differentia:nam quædã ita minuunt,vt de mortali faciãt veniale,& iſtæ ſunt neceſſariò confitendæ,vt inferius dicetur,quãdo examinabitur circunſtantia(Cur)nã aliter pęnitens in cõfeſſione ſe accuſaret plus quam debet,quod non licet.Aliæ ſunt ita minuẽtes,vt peccatũ in ſua ſpecie relinquãt, & ſi parum minuunt,non ſunt confitendæ,puta cõmiſi adulterium,quia fui tẽtatus,aut prouocatus, commiſi furtum cum ſocijs,quia fui vocatus,videretur

hoc

Digitized by Google

hoc modo ſe excuſare, ſecundum omnes. Si autem multum minuunt in eadem ſpecie: ait Sotus in 4. Sent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4 eas dici debere. Sed Turrecremata de pęnitentia diſt. 5. poſt Alex. de Ales moderatius loquitur, dicens: Quãuis circunſtantiæ alleuiantes, generaliter loquendo non confitendę ſint, tamen in caſu, quando pęnitens à Sacerdote requiſitus eſt pro directione ſua: ac etiã quando cauſaret ſcandalum confeſſori illam tacere, puta ſi aliquis, de cuius probitate eſſet magna præſumptio interfeciſſet furem impetentem ſe de nocte, non debet dicere ſolummodo, interfeci hominem, ſed dicat cauſam quare interfecit, ne Sacerdos ſcandalizetur, putans talem eſſe hominum iugulatorẽ, hæc ille: quem ſequitur Nauar. c. 6. num. 6. nec per hoc, vt ait, dicetur excuſari. Sed regulariter loquendo in nullo caſu eſt neceſſarium illas confiteri.

Quædam aliæ ſunt, quæ dicuntur aggrauantes peccatum in eadem ſpecie, exempli gratia, grauius peccat qui furatur centum, quam qui furatur decem, & qui manet in odio per menſem, quàm qui manet per diem, & plus ſapiens, vel exiſtẽs in dignitate, quàm qui eſt ſimplex, & ignorãs, & plus qui ignorat ignorantia affectata, ut libentius peccet, quàm ſciens, & ſimilia. Sotus ubi ſupra, & Marſil. ſequentes Alex. dicunt, ſi tales circunſtantiæ multum notabiliter aggrauant, debent neceſſario confiteri. Sed ſecundum D. Tho. in 4. diſtin. 16. quęſtio 3. artic 2. Bonauen. diſt. 17. Scot. & Nauarum cap. 6. num. 7. cum communi opinione dicitur, eas non neceſſariò eſſe confitendas: illarum tamen confeſſio laudabilis, & utilis foret: nam ſecundum Albertum Magnum propter tria conducet. 4 *Circunſtãtia aggrauantes.*

Primo, propter erubeſcentiam, quæ eſt pars ſatisfactionis. Secundo propter humilitatem, quæ decorat confeſſionem. Tertio propter meliorem cognitionem deformitatis, ut utilius poſſit prouideri, & melius taxari pęnitentia.

Quartum genus Circunſtantiarum eſt earum, quæ mutant ſpeciem, ideſt ſpecialem deformitatem habent diſtinctam à peccato, cui adiacent, & illæ ſunt in duplici differentia. Nam quædam ſunt, quę talem habent deformitatem, ut non aggrauent infinitè, & illæ veniales ſunt, quia non ſunt contra charitatem, tunc enim dicitur aggrauare infinitè cum receditur ab infinito bono. D. Thom in 4. diſtin. 15. exemplum, ſi ad actum gulæ addatur lautè, uel ſtudioſè, huiuſmodi circunſtantia cum ſit venialis, mutat in aliam ſpeciẽ venialem: & quia venialia non ſunt confitenda de neceſſitate ſalutis, ideo non ſunt neceſſario confitendæ. Aliæ ſunt, quæ talem habent deformitatem, ut aggrauent infinitè, & illæ ſunt in triplici differentia. Prima eſt, quòd de veniali faciunt mortale, ut in exẽplo de actu gulæ allato, ſi ad lautè comedere addatur notabilis ebrietas. aliud exemplum, qui mendacium iocoſum ob uoluptatem aliorum fine alterius detrimento diceret, peccaret venialiter, ſed ſi proximum offendere intenderet quamuis illud eſſet de ſe iocoſum, peccaret mortaliter ex circunſtantia finis: idem dicendum, ſi uerbo otioſo interueniat intentio luxuriandi, & ſimilia. Secundo de mortali unius ſpeciei fit mortale alterius ſpeciei, puta, fornicari eſt mortale in una ſpecie, & ſi fit cum cõſanguinea, inducit aliam ſpeciem, ſcilicet inceſtus, & ſimilia. Tertio quod eſt mortale propter vnam cauſam, fit mortale propter aliam: exemplum, fornicari propter furari, aut propter occidere: & omnes illæ ſunt cõfitendæ de neceſſitate ſalutis. Idem Thom. quo ſupra. 5 *Circunſtãtia mutantes ſpeciem.* *Nõ aggrauantes infinite.* *Aggrauantes infinitè.*

Verum ſi quęratur, quę ſunt iſtę, & quomodo cognoſcendę ſunt? Reſpõdetur ſecundum D. Thom. 1. 2. quæſtio. 18. artic. 10. & in 4. diſt. 16. q. 6. artic. 2. illæ ſolæ ſunt, quæ ultra malitiam ſubſtantię actus, habent ſpecialem repugnantiam cum ratione. Vel ſecundum Scotum in 4. diſtin. 5. 17. quæſt. 2. ſunt illæ, quæ nouo, & ſpeciali pręcepto ſunt prohibitæ. Ex quibus infertur, quinque 6

Circunſtantias eſſe confitendas,ſcilicet,Quis,Quid Vbi,Cur,& Quomodo, & Quoties,ſi ponetur Circunſtantia. Quę omnes examinabuntur per ordinē.

7 *Circunſtātia quis & quando confitenda.* Quis,ideſt perſona peccans,vel cum qua peccatur,non omnis eſt confitenda,ſed illa,cui annexum eſt aliquod præceptū, per quod repugnat ſtatui ſuo, & hoc accidit in tribus caſibus præcipuè, ſecundum D. Tho. in quæſtionibus de malo, q 7.art.7.& Syluestrū verbo,circunſtantia,§.3. primo ratione ſtatus voto formati.& hoc vel ſolennis,vt religioſus,& religioſa,vel priuati,vt quelibet perſona vouens caſtitatem.Secūdo ratione precepti Eccleſię ſibi facti,vt Clericus in ſacris,& notanter dixi in ſacris,quia Clericus in minoribus nō habet tale præceptum annexum,& ideo ſibi non eſt circunſtantia neceſſaria.Tertio ratione ſcandali in eo caſu , quando ſcandalizare eſt ei mortale, vt accidit perſonæ circunſpectæ,& in dignitate conſtitutæ: Exemplum. Fabulas turpes, vel uoluptuoſam narrationem referre , aut laruas dæmonum ante ſe fieri permittere,& ſimilia,quia ſunt ei prohibita.

Ex quibus colligitur , quòd non ſolum oportet dicere in confeſſione fornicatus ſum,ſed explicare qualitatē perſonę,ſi eſt ſoluta,quia eſt ſimplex fornicatio,vel coniugata,quia eſt adulteriū,vel propinqua,quia eſt inceſtus,aut religioſa,quia eſt ſacrilegium,aut virgo,quia eſt ſtuprum, & ſimilia . Super quibus ſunt multa notanda . Primo quo ad Adulterium, quòd non ſufficit dicere peccaſſe cum coniugata,ſed etiam dicere,ſi ipſe quoque eſt coniugatus,quia eſt dupliciter aggrauatum.Nauar.cap.6.nu.5.Secundo quo ad inceſtum, quòd non eſt neceſſe dicere illam,cum qua peccauit eſſe affinem,vel conſanguineā, quia huiuſmodi non mutant ſpeciem,ſed ſufficit dicere in quo gradu ſibi coniuncta eſt,ſiue ſit affinitatis,ſiue conſanguinitatis:puta habui rem cum muliere,quę mihi cōiuncta eſt in ſecundo,vel tertio gradu, quia huiuſmodi gradus mutant ſpeciem D.Tho.2.2.quæſt.154.art.9. Tertio,quo ad ſacrilegium , eſt etiam neceſſarium explicare conditionem perſonæ ſacræ , cum qua peccauit, ſcilicet,ſi eſt Monachus,vel Clericus,quia hæ qualitates differunt ſpecie:Votum enim caſtitatis in Monacho eſt de eſſentia Religionis:in Clerico autem præceptum caſtitatis,eſt quid extrinſecum.Eſt etiam aduertendum in hoc, quod cognatio ſpiritualis,quæ contrahitur ex baptiſmo,& in audienda cōfeſſione, eſt circunſtantia neceſſariò confitenda.Quarto,quo ad ſtuprum, eſt etiam notandum,quod triplex eſt,ſcilicet defloratio ſimpliciter,quando puella ſpontè conſentit,& ſeſe offert. Violentia,quando vi ſtupratur, & raptus,quando per vim ſubtrahitur domo,etiam ſi poſtea ipſa conſentiat . De violentia,& raptu non eſt dubium,quin mutent ſpeciem, ſed de ſimplici defloratione , Sotus in 4.diſt.18.quæſt.3.art.4 dicit non differre à ſimplici fornicatione: ſed verius dicunt D.Tho.& Caiet.2.2.q.154.art.7. & ratio eſt: quia fit iniuria parentibus, vel tutoribus,ſub quorum cura eſt,& ſi nullum haberet curatorem,dicitur eſſe ſub cura Reipublicæ:nec,vt bene ait Caietanus, licitum eſt ſibi aperire illā partem abſq; matrimonio , ſicut non licet ſibi abſcindere digitum: quidquid dicat Sotus hic.

Votum caſtitatis in monacho eſt de eſſentia Religionis in clerico non.

Quinto , notandum quòd non ſolum tenetur confiteri circunſtantiam Voti ille,qui ſimplex Votum Caſtitatis,vel Continentiæ emiſit,ſed etiam ille , qui feciſſet Votum de neceſſarijs ad ſalutem, puta de non fornicando, aut de non adulterando,quia ad hoc duplici vinculo eſt obligatus .

Eſt etiam aduertendum , quòd ſi forte plures iſtarum circunſtantiarū ſimul in vno actu concurrant,omnes ſunt dicendæ: exempli gratia. Habui rem cum muliere coniugata,quæ erat mihi propinqua in tertio gradu,in Eccleſia,& huiuſmodi , quia etſi eſt actus vnus uoluntatis , tamen eſt mortale ex pluribus cauſis,vt pulchrè Nauar.cap.6.num.5.

Eſt hic

Digitized by Google

Eſt hic notandum etiam, pro circunſtantia ſcandali ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 43. artic. 2. & 3. quod ſcandalum eſt duplex, actiuum ſcilicet, & paſſiuum: & aliquando eſt, vel actiuum, vel paſſiuum tantum, vel actiuum, & paſſiuum ſimul. Scandalum actiuum tantum eſt, quando aliquis dictis, vel factis intendit inducere alium ad peccandum, & ille non conſentit; & eſt mortale, quando per aliquid, quod eſt mortale inducit. Scandalum paſſiuum tantum eſt, quando aliquis male diſpoſitus occaſionem accipit peccandi ex dicto, vel facto alterius præter intentionem illius, & dicti, vel facti conditionem, & ſemper eſt peccatum in ſcandalizato, veniale, ſi mouetur motu peccati venialis, & mortale, quando procedit vſque ad animæ ruinam. Scandalum actiuum ſimul, & paſſiuum eſt, quando aliquis per aliquod dictum, vel factum inducit alium vſque ad conſenſum in peccatũ, quia ſuo dicto, vel facto, ille ſcandalizatur. Præterea ſcandalum actium eſt duplex, ſcilicet. Per ſe, & per accidens. Scandalum per ſe eſt, quando aliquis per ſe, & propria intentione prætendit inducere alium ad peccandum, exemplũ. Mulier ſciens ſe adamari impudicè à iuuene, ornat ſe, & offert ſeſe cõſpectui eius, cauſa prouocãdi eũ ad maiorẽ libidinẽ, non curans de eius ruina ſpirituali. Itẽ homo tranſiens, data opera, propè domũ inimici ſui, faciens ſe videri, & audiri de eo murmurãdo, intẽdens eũ turbare, & ad iracundiã prouocare. Et hoc modo eſt propriè ſpeciale peccatum ſcandali, ſortitur enim ſpeciem à fine, & in hoc caſu eſt circunſtantia neceſſario confitenda, non enim ſufficit dicere feci, aut dixi hoc, vel illud, ſed qua intentione, hoc eſt, talem dedi proximo occaſionem ſcandali. 9

Scandalum duplex, actiuum, & paſſiuum.

Scan dalum quãdo ſit per ſe.

Scandalum per accidens eſt quoque duplex, primo eſt, quando aliquis quamuis faciat aliquid, quod de ſe eſt bonum, vel indifferens, concurrentibus tamen quibuſdam conditionibus, illud tale dabit occaſionem, vel ſuſpitionem magnam proximo putandi malum, verbi gratia, Clericus iuuenis non habens exiſtimationem perfectę vitæ, cohabitans ſolus cum muliere iuuene, etiam propinqua, quamuis nullam malam intentionem habeat, quia tamen occaſionem dat, vt alij ſcandalizent, peccat peccato ſcandali, etiã ſi illud nõ aduertit, quia deberet aduertere. Vnde non immeritò per Sacrum Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 14. huiuſmodi prohibita ſunt, & hoc modo eſt peccatum ſcandali, nam etſi quod eſt per accidens non conſtituat ſpeciem, vt ait D. T. quo ſupra, & ibi Caietanus, tamen reductiuè, eſt ſpeciale peccatum, quia ſi talis faciens quod in ſe non eſt malum, cum habeat ſpeciem mali, ad aliud peccatum reduci non poteſt, niſi ad peccatum ſcandali. Propter quod Paulus Apoſtolus, abſtinete, inquit, ab omni ſpecie mali. Et in hoc caſu eſt circunſtantia neceſſaria, vt confiteatur, vt etiã notat Nau. c. 6. nu. 19 Ex quibus dictis infertur, ꝙ qñq; debemus abſtinere à quibuſdam bonis, ẽt ſpiritualibus, vt ait D T. quo ſup art. 7. ne demus occaſionem ſcandali, intelligendo tñ, nõ de illis bonis, quæ ſũt de neceſſitate ſalutis, quia per nullum reſpectũ debemus peccare mortaliter, omittẽdo facere neceſſaria ad ſalutem, ſed intelligit D. T. de illis, q̃ ſunt de conſilio, qñ ſcilicet ſcandalũ oritur ex infirmitate; vel ignorãtia hoium ſimpliciũ, eſt. n. ſcãdalum puſillorũ, ſed ſi ꝓcederet ex malitia, qñ ſ. aliqui vellent impedire bona ſpũalia concitando ſcandala, tunc nõ tenemur abſtinere a bonis ſpiritualibus, ſunt enim ſcandala Phariſæorum, qui de doctrina CHRISTI ſcandalizabantur. Secundo ſcandalum per accidens eſt, quando aliqui propter intentionem agentis ſcandalizantur de aliquo facto malo: Exemplum, ſi aliquis ſuo facto, vel dicto inordinato, nõ intendens alios ſcandalizare, ſed ſolum ſuæ ſatisfacere voluntati, verbi gratia, qui publicè concubinam domi tenet, ex quo alij exemplum ſumunt faciendi ſimiliter, vel ſaltem de tali facto ſcandalizantur, item blaſphemat qs in publico, vnde alij audientes ſcandalizantur, talia faciẽtes nõ

Scandalũ per accidens, quo duplex.

Nota.

intendunt alios ſcandalizare, ſed accidit inde alios ſcandalizari, & hoc modo non eſt ſpeciale peccatum ſcandali, nec reductiuum, ex conſequenti non eſt circunſtantia neceſſario confitenda, ſecundum D. Th. Caietan. & Nauar. quibus ſupra quamuis Maior in 4. Sent. oppoſitum dicat.

10 *Circunſtantia quid & quando ſit confitenda.*

Quid, circunſtantia rei, eſt neceſſario confitenda, ita vt peccatum dicatur in propria ſpecie, ſecundum quantitatem, & qualitatem, quantum ad ſuam naturam. Dixi (quantitatem) ut in furto, quando ſcilicet mutat ſpeciem, ideſt de veniali facit mortale, & econtra, non enim ſufficit dicere ſimpliciter, furatus ſum, ſi eſt modica quantitas, quæ facit peccatum veniale, quia eſſet infamare ſe, quod non licet in Confeſſione. Dixi (qualitatem) quando qualitas adiuncta ſubſtantiæ actus mutat ſpeciem, ut eſt furari aliquod ſacrum, non enim ſufficit dicere furatus ſum aliquid, ſi erat ſacrum, quia eſt ſacrilegium; Triplex enim eſt ſacrilegium quantum ad hoc propoſitum ſpectat, ſcilicet furari ſacrum de ſacro, non ſacrum de ſacro, & ſacrum de non ſacro, duo prima pertinent ad circunſtantiam, Vbi, vt dicetur inferius, vltimum pertinet ad circunſtantiam, Quid, pro quibus nota: Sacrum eſt quadruplex, ſecundum D. Thom. 2.2. q.96. artic.3. Primo, & principaliter ſacrum dicuntur ſacramenta. Secundo vaſa ſacra dedicata ad miniſterium ſacramentorum. Tertio indumenta, & veſtes ad ornatus miniſtrorum, & Eccleſiæ Quarto, & vltimo cenſus, & redditus Eccleſiaſtici ad vſum, & ſeruitium Eccleſiæ. Hoc idem dicendum de blaſphemia, quo ad qualitatem peccati, & naturã, nõ enim ſufficit dicere blaſphemaſſe, ſed quid blaſphemauit, ſcilicet Diuum Petrum, an Deum, & ſi Deum, quid de Deo dixerit? ſcilicet, ſit benedictus, eſt enim ſimplex blaſphemia; an dixit *al diſpetto, euer cornuto*, vel Deus eſt proditor, partialis, iniuſtus, & ſimilia, attribuendo ei, quæ ſibi non conueniunt: vel dixit, Deus non poteſt facere hoc, Deus non habet curam mei, aut neſcit hæc inferiora, & ſimilia, auferendo ab eo, quæ ſibi competunt, quia huiuſmodi ſunt blaſphemiæ hæreticales, hoc eſt, talia dicentes, ſi ita crederent eſſe, vt dicunt, iudicarentur hæretici, & huiuſmodi blaſphemiæ ſunt peccata multum grauia, & ſpecie diſtincta, ideo ſunt diſtinctè confitenda de neceſſitate ſalutis, & ita de alijs dicendum eſt.

11 Sacrilegium triplex.

12 Nota ſacrum quadrupliciter.

13 Blaſphemia hæreticalis.

14 *Circunſtãtia, Vbi, quando ſit confitenda.*

Vbi circunſtantia loci. Non omnis locus eſt circunſtantia neceſſario confitenda, ſed tantum locus ſacer: neque omne peccatum in loco ſacro facit circunſtantiam neceſſariam, ſed quæ nouo præcepto ſunt prohibita in loco ſacro, vt ſunt effuſio ſanguinis, effuſio ſeminis, quomodo autem hæc fieri debeant, vide c. de Interdicto, & num furtum, ſiue res furata ſit ſacra, ſiue non & vltra hoc, violenta abſtractio eorum, qui ad loca ſacra confugiunt. ar. cap. Eccleſiaſticis, de conſecr. diſt. 1. cap. propoſuiſti, de conſecratione Eccleſiæ. Ex quo ſequitur quòd blaſphemia, periurium, & ſimilia, in Eccleſia, cum non habeant particulare præceptum reſpectu loci, non habent annexam talem circunſtantiam.

Nota.

Hic eſt notandum, quod ſi aliquis concipiat mente in Eccleſia aliquod adulterium, vel homicidium perpetrandum extra Eccleſiam, non eſt neceſſarium illam confiteri, ut circunſtantiam, ſed bene econtra, ſcilicet ſi concipiat extra Eccleſiam illud conſummandum in Eccleſia, tunc eſt circunſtantia neceſſaria Nauar. cap. 6. num. 10. Sylueſt. Verbo, circunſtan. Sotus in 4. diſtin. 18. quæſt. 2. articulo 4.

15 *Cur circunſtantia finis ſemper confitenda ſit.*

Cur, circunſtantia finis eſt neceſſario confitenda, & hęc in omni caſu eſt quaſi examinanda, quia finis ita quandoque minuit peccatum, vt de mortali faciat ueniale, vel nullum: puta ſi ex infirmitate ieiunium violauit, ſi ex neceſſitate furatus eſt, ſi occidit, quia aliquis eum agreſſus eſt, & aliter euadere non poterat, quia uim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelę, & huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi, ut dictum eſt ſupra cap. de dignoſcendis peccatis; Quandoque ex veniali facit eſſe mortale, ſcilicet quando aliquid quod de ſe eſt veniale, fit ex contemptu: aut quando ponitur finis in tali actu, ut ſi etiam eſſet mortale, adhuc fieret: puta, qui mentitur, ut faciat alios ridere voluptatis cauſa, ſine alterius detrimento, uenialiter peccat: ſed ſi tali intentione, vt proximum offenderet, tunc efficitur mortale ex circunſtantia finis, & huiuſmodi, pariter dictum eſt loco ſuperius citato: Et denique qua intentione hoc, vel illud, quod fecerit, quia mortalia trahunt ſpeciem à fine, vt furari propter fornicari, uel fornicari propter occidere, & ſimilia, quia in hoc potius dicitur fornicari quam furari, & occidere, quam fornicari. Sylueſter, & Nauarrus quibus ſupra.

Quomodo eſt circunſtantia modi, & eſt neceſſaria in peccato luxuriæ, non enim ſufficit dicere, habui rem cum tali muliere, ſed quomodo, ideſt ſi illam rapuit, aut uiolentauit: uel quomodo, ideſt modo naturali, an cõtra naturam, & quomodo contra naturam, quia ſunt plures ſpecies. 16 *Circunſtãtia quo quando ſit cõfitenda.*

Et pro meliori intelligentia iſtorum, eſt notandum, quod habet D. Thom. 2. 2. q. 153. art. 12. in reſponſione ad quartum argumentum, quòd vitium contra naturam habet plures ſpecies ſpecialiſſimas, quæ habent gradus in grauitate. Prima ſpecies, eſt mollicies procurata adminiculo proprio, vel alterius: Dixi (procurata) quia non procurata non eſt peccatum mortale, niſi ex cauſa, vt de pollutione nocturna dicitur. Sed mollicies procurata vt ſupra, quæ conſiſtit in ſola omiſſione concubitus ad alterum, eſt maximum peccatum inter ſpecies luxuriæ naturales, ut colligitur ex eodemmet auctore quo ſupra, & infimum inter ſpecies concubitus contra naturam. *Vitium contra naturam habet plures ſpecies. Mollicies.*

Secunda ſpecies eſt cõcubitus cum muliere in uaſe debito, ſed modo indebito, & talis modus eſt quando impediret generationem, ut ait Caietanus ibi, ſcilicet quando ſeminatio vix attingeret proprium vas, dato quòd eſſet circa propriũ vas: & iſta ſecunda ſpecies eſt magis grauis quã prima, ex quo ſequitur, ꝙ ſeminatio extra vas, modo ſupradicto, etiam cum vxore eſt peccatum mortale. Tertia ſpecies eſt concubitus cum muliere extra uas debitum, & iſta eſt peior ſecunda. Quarta ſpecies eſt actus ſodomiticus in eodem ſexu, tam in maſculo cum maſculo, quàm in fœmina cum fœmina, & iſta eſt grauior tertia. Hinc notent Confeſſarij, quòd quando in caſibus reſeruatis ab Epiſcopo inuenitur reſeruatus actus ſodomiticus, intelligitur de hac quarta ſpecie tantum, ideſt de concubitu maſculorum: quando autem inuenitur reſeruatum vitium contra naturam, intelligitur de omnibus prædictis ſpeciebus, quando agitur cum ſecunda perſona. Quinta ſpecies eſt concubitus Beſtiarum, & hæc eſt peſſima inter omnes, de qua dicitur Geneſ. 37. ſuper illud, Ioſeph accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo: Gloſſa intelligit de peccato beſtialitatis. Omnes igitur modi ſunt aduertendi, quia habent plures circunſtantias annexas. *Secunda ſpecies. Tertia ſpecies. Quarta ſpecies. Notent Confeſſarij. Quinta ſpecies.*

Quando eſt circunſtantia diei feſti, etſi ſecundum Scotum, Gabrielem, & ſequaces, ſit circunſtantia neceſſario confitenda: oppoſitum tamen tenendum eſt, cum D. Thom. Sylue. Nauar. & communiter. Bonum quidem eſt, illam confiteri, dicendo in genere, & de omnibus iſtis peccatis, tot commiſi in diebus feſtiuis. 17

Quoties, ſiue ſit circunſtantia, ſiue nõ, pertinet quidè ad eſſentiam peccatorum: & ideo neceſſarium eſt, ut pęnitens examinetur, & dicat numerũ peccatorũ in omni ſpecie mortaliũ: puta ſi blaſphemauit Deũ diuerſis modis, interrogetur, quoties dixit ſic, & quoties ſic, vel ſi cognouit plures mulieres quarũ vna erat ſoluta, altera coniugata, & alia propinqua, oportet dicere, quoties cũ 18

Digitized by Google

ſoluta,& quoties cum propinqua;& ſimilia,quia tot ſunt deformitates diſtinctæ,quot vicibus idem reiterauit,& ideo neceſſario confitendæ ſunt in certo, & determinato numero,ſi nouerit,& meminit;ſi autem certum numerum nõ meminit,dicat ueriſimilem:ſi uerò ueriſimilem dicere nõ poteſt;interrogetur, quanto tempore ſtetit in illo peccato,& quoties in menſe, quoties in hebdomada,uel in die illud fecerit,& dicat parũ plus,vel minus,in circa,& ſufficit. Exemplum,qui per annum integrum dimiſit horas Canonicas, ſufficit dicere, per annum dimiſi officium diuinũ:& qui per annos duos,vel plus ſtetit in concubinatu,vel in poſtibulo; ſufficit dicere, tanto tempore fui in tali exercitio, & hoc modo dicendo,ſatisfaciet. Verum ſi aliqua mulier expoſita fuit in lupanari,& parata per quinquennium quoſcunque admiſit,non ſatisfacit,dicendo ſolummodo,tanto tempore expoſita ſui in hoc peccato, vt vult Nauar. c.6. nu.5.ſed oportet dicere,& adiungere , ſi admiſit plures diuerſarum conditionum,dicendo,& in omni iſto tempore, inter cęteros admiſi etiam cõiugatos, Clericos,& Religioſos,toties,ſi poteſt,aut veriſimiliter:& ſi quandoque paſſa eſt modo innaturali,ſpecificare debet numerum,ut ex prædictis patet.

Eſt autem hic aduertendum , quòd toties numerus peccatorum augetur in peccatis internis,quæ ſolo corde conſumantur , quoties uoluntas interciſa renouatur:puta,ſi aliquis ſtetit per menſem continuum in odio,eſt unum peccatum,etiam ſi uoluntas pauſet,quo ad actum,& de alijs cogitet infra illud tempus:ſed ſi dimiſit odium,& poſtea de nouo eundem odire incipit, peccauit toties quoties uoluntatem renouauit,& ſic de alijs. In peccatis autem,quę exteriori opere conſummantur,non ſunt plura peccata,quando opera multiplicantur,dummodo omnia ordinentur ad unum finem,etiam ſi uoluntas interrumpatur,& circa diuerſa occupetur. Exemplum, deliberans occidere hominem, hodie præparat enſem,cras uocat ſocios,deinde facit iter,nũc cogitat de vno, poſtea de alio,& ſimilia,quia omnia iſta ordinantur ad occiſionem unã,ſunt unum peccatum homicidij. Dixi(ordinantur ad occiſionem unã)quia ſi actus illi ordinarentur ad alia,aut eſſent peccata de ſe diſtincta,abſq; eo ꝙ ordinarentur,ad aliud,tunc ſunt peccata diuerſa,& ideo omnia eſſent diſtinctè confitenda. Exemplum, dum aliquis pergit ad occidendum inimicum ſuum, per viam blaſphemat præ ira,quam contra inimicum habet,furatur aliquid , & ſimilia facit. Idem dicendum in peccato luxuriæ de colloquijs, oſculis,amplexibus,& huiuſmodi actibus cum muliere,ea intentione factis, ut conſummarent coitum,ſunt unum peccatum,quia ordinantur ad illum vnum : ſed ſi fierent ad alium finem uoluptuoſum,deinde deliberaſſet coire,eſſent indiſtincta peccata,de alijs idem iudicium faciendum eſt.

19 Et ut iſtæ circunſtantiæ melius intelligantur,& ordinentur,in practicando, operæpretium eſt,aliquid de earum praxi dicere , ſcilicet quomodo de eis debeamus interrogare: Exempli gratia,in peccato blaſphemiæ,interrogetur pęnitens, Blaſphemaſti? Reſp.ita. Quid blaſphemaſti? Reſpondet,Diuum Petrum. Quoties? Decies in circa. Quid aliud blaſphemaſti? Reſp.Deum. Quoties? Septies,uel circa. Quomodo de Deo dixiſti? *Al corpo,al ſangue,ouero maledetto, ouero rinego,ouero Dio è partiale,ingiuſto, ouero al diſpetto*. & quia hi modi diuerſi blaſphemandi differunt ſpecie,& unus eſt grauior altero,ut ſupra de blaſphemia locuti ſumus,ideo oportet quærere , Quoties dixiſti ſic,& Quoties ſic? Eſt ne tibi hic modus blaſphemandi in conſuetudine,(vt inde poſſis ſcire, & numerũ,& ſi eſt publicus & habituatus blaſphemus.) Aduertebas ne,dum blaſphemabas,quid dicebas? quia tanta poſſet eſſe turbatio , ut non aduerteret quid diceret:& tunc eſſet ueniale,ut diximus in materia de blaſphemia;& ideo examinandum eſt.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum in peccato luxuriæ; in quo omnes prædictæ circunſtantiæ concurrere poſſunt. Peccaſtine peccato carnis? Reſpon. ita eſt, cum qua perſona? (non enim licet confeſſori dicere conditionem perſonæ, ſed pœnitenti,) fœminæ, vel maſculo; Si fœmina, cuius conditionis erat, coniugata; & tu es ne coiugatus? (quia eſt duplex adulterium) ita. Quoties eam cognouiſti? Vigeſies. Quomodo eam cognouiſti, naturaliter, an contra naturam? Naturali, & innaturali modo. Quoties innaturali modo? Quinquies. Cognouiſti ne aliam? Ita. Quam? Virginem. Rapuiſti ne illam, aut violentaſti. Ità. Quot es? ſemel. Eſt ne tibi propinqua? Ita. In quo gradu? Secundo, vel tertio. In quo loco? Cognouiſti ne aliam? Ita. Quam. Meretricem. Quoties? Decies. Quomodo, ſini ro, an naturali, vt ſupra. Habuiſti ne aliam intentionem? Ita. Quam, furandi illi anulum, vel interficiendi eam occaſione coeundi; quia hęc intentio facit mutare ſpeciem peccati, & ideo interroganda, vt ſupra dictum eſt. Habes ne uotum caſtitatis, continentiæ, aut de non fornicando? Habes ne aliquam ſpiritualem affinitatem cum ea, ſcilicet compaternitatis, aut filiationis, & ſimilia.

Exemplum in furto. Rapuiſti ne aliquid? Reſpondet, ita. Quid? Veſtem? Erat ne ſacra, ad vſum Eccleſiæ? ita erat. Rapuiſti ne occultè, an aperto marte? Occulte, à quo loco? Ab Eccleſia. Fregiſti ne oſtium, aut murum, dum intraſti? ita. quia hoc modo habet annexam excommunicationem. Fuiſti ne de hoc ab Epiſcopo denunciatus, quia poſt denunciationem abſolutio eſt reſeruata Papæ, & propterea omnia ſcire oportet. Et ſic de alijs peccatis obſeruandum eſt, plus, uel minus, ſecundum quòd materia requirit, de qua tractatur: non enim eſt neceſſarium, in omni peccato, & omni perſonæ omnes iſtas interrogationes facere, ſed ſecundum qualitates perſonæ.

SVM-

SVMMARIVM
EARVM RERVM
Quæ continentur in hoc tertio capitulo, quibus modis eſt reiteranda confeſſio.

1 *Confeſſio ſacramentalis tres habet partes, & in qualibet illarum talis defectus accidere poteſt, pro quo r. ddetur nulla.*

2 *Confeſſio quibus modis inualida eſſe poteſt, reſpectu confeſſoris: vbi declaratur, quantum valet confeſſio facta ſæculari; & abſolutio ſuper caſus reſeruatos ab eo, qui talem poteſtatem ſuper ipſos non habet.*

3 *Dicitur, an abſolutio data à confeſſore excommunicato habeat ſuum effectum.*

4 *Si deficit forma abſolutionis, aut intentio abſoluendi, quomodo ſaluatur pœnitens hoc probabiliter ignorans, vbi declaratur pulchrum dubium difficile; ſcilicet accedens pœnitens attritus tantum, non recipiens abſolutionem, in quo periculo inuenitur.*

5 *Confeßio quibus modis inualida eſſe poteſt ex defectu ipſius ſacramenti, & primo ex defectu contritionis, quæ deficit.*

6 *Contritio quid ſit hic definitur, & omnes partes declarantur, ex quo aperitur, quid eſt attritio, & quid contritio, & in quo differunt, vbi ponitur differentia inter Scotum, & D. Thom. circa hoc, & quomodo conciliari poſſent.*

7 *Declaratur, iuſtificatio impij, & per quot gradus ſit tranſitus à ſtatu peccati, ad ſtatum gratiæ.*

8 *Declaratur miro ordine, dum homo accedit ad confeſſionem indiſpoſitus, & ſine contritione, quando dici poteſt, ſe ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de confitendo ſemel in anno.*

9 *Quæritur, quãtus debeat eſſe dolor de peccatis, vt pœnitens contritus dici poßit. Vbi declarantur duæ opiniones, & dubium doctè reſoluitur.*

10 *Quando pœnitens ex attrito fiat contritus, mediante abſolutione ſacerdotis.*

11 *Confeßio quando inualida eſſe poteſt ex defectu ipſius confeßionis.*

12 *Docetur regula, qua peccata præterea ad mẽtẽ reuocari facilè poſſent.*

Quibus

Digitized by Google

13 *Quibus caſibus occultari poteſt aliquod mortale confeſſori ſine vitio integritatis confeſſionis, in caſu tamen, quando copia alterius confeſſoris haberi non poteſt, hoc idem dicitur de aliquibus circunſtantijs, quæ ſunt de neceſſitate confeſſionis.*

14 *Confeßio quando inualida eſſe poteſt, ex defectu ſatisfactionis.*

15 *Confeſſio quibus modis inualida eſſe poteſt ex parte pænitentis.*

16 *Ponitur differentia inter ſigillum confeſſionis, & ſigillum ſecreti, vbi tractantur diuerſi modi obligationis in cuſtodiendo ſigillum.*

17 *Quid eſt ſigillum confeßionis, & quantæ rei eſt eius cuſtodia, & quoties errant confeſſores circa hoc indirectè ſigillum frangendo.*

18 *Dubitatur, an pænitens excommunicatus, abſolui poſſit prius à peccatis, deinde ab excommunicatione.*

19 *Declarantur ibi conditiones per ordinem, quas habere debet confeßio notando, quæ abſolutè neceſſariæ ſunt.*

20 *Ponitur modus, quem tenere debet confeßor, dum audierit confeſſionem alicuius, qui habet caſum reſeruatum, à quo ipſe abſoluere non poteſt.*

21 *Declaratur dubium, ſcilicet dum pænitens non vult acceptare pænitentiam ſalutarem ſibi iniunctam, quid confeſſor facere debeat.*

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM TERTIVM

Quibus cauſis ſit reiteranda Confeſſio.

QVia in confeſſione Sacramentali tria ſunt conſideranda, ſcilicet, Confeſſor, Pœnitens, & Sacramentum, quod conſtat ex tribus, ſcilicet, cōtritione, confeſſione, & ſatisfactione, in omnibus iſtis poteſt accidere caſus, quo aliquis confeſſionem reiterare teneatur, de quibus per ordinem dicetur.

2 *Confeſſio reiteranda defectu poteſtatis.*

Primo ex parte confeſſoris; quinque modis accidere poteſt, ſcilicet, ex defectu poteſtatis, iuriſdictionis, vſus, formæ abſolutionis, & intentionis. Ex defectu poteſtatis patet: nam ſi quis confiteretur laico, aut etiam Diacono, confeſſionem reiterare teneretur, quia illa confeſſio non eſt Sacramētalis, poteſtas autem abſoluendi à peccatis accipitur in ordine Sacerdotali, igitur, qui non eſt ſacerdos, nec confeſſionem audire, nec abſoluere poteſt, & ſi attentaret abſoluere, mortaliter peccaret, & irregularis eſſet. Sotus in 4. Sent. diſt. 15. quæſtio. 4. artic. 1.

Defectu iuriſdictionis. Corollarium.

Ex defectu iuriſdictionis, & huius vel ordinariæ, vel iure conceſſæ, vel ſubdelegatæ: quia exerceretur poteſtas ſuper non ſubditum, & de tali idem iudicium faciendū eſſet, ac ſi laico confiteretur. Ex hoc infertur, quòd qui abſoluit pœnitentem à caſibus reſeruatis Epiſcopo, vel Papæ, nihil facit, ſicut enim iuriſdictio in non habente illam, facit, vt abſolutio ſimpliciter non valeat, ita ipſa limitata, facit, vt vltra ſuam facultatem effectum non habeat. Verum in tali caſu non eſt neceſſe pœnitentem reiterare confeſſionem, ſed ſufficit, vt poſtquā illud ſciuerit, à ſuperiore de illo tantum ſe abſoluere faciat.

Defectu uſus.

Ex defectu vſus, puta, quia eſt ſuſpenſus, degradatus, vel excommunicatus, & de duobus primis manifeſtum eſt, ſed de excommunicatione multa dicuntur.

3 *Abſolutio ab excōmunicato an teneat.*

Primo, qui confitetur excommunicatio notorio, vel ob publicam clerici percuſſionem, ita, vt non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, vel excommunicato nominatim, peccat mortaliter, & confeſſionem reiterare tenetur. Sotus in 4. diſtin. 18 quæſtio. 3. artic. 3.

Secundo, qui confitetur excommunicatio occulto, & hoc ignorat, valet abſolutio, & non peccat; quamuis confeſſarius peccet illud attentando. Idem dicendum de confitenti excommunicato occulto ſcienter, ſi id facit bona fide, credens non peccare, Caietanus verbo abſol. in Summa, & quamuis D. Thomas, Calderinus, & alij oppoſitum tenere videantur, eorum opinio fuit vera ante determinationem Concilij Conſtantienſis.

Tertio, qui confitetur tali excommunicatio occulto ſcienter, & aduertit, & cognoſcit ſe peccare, inducendo illum ad audiendum confeſſionem, quem ſcit non poſſe audire ſine peccato mortali, tenetur reiterare confeſſionem, non ex defectu excommunicationis confeſſarij, ſed ex defectu culpę ſuę, quia accedit cum conſcientia peccati mortalis, & maximè, ſi tale peccatum non confitetur. Nau. c. 9 nu. 7. & hoc intelligendum eſt, quando habetur copia confeſſorum, & alteri quam proprio Parocho confitetur.

Vnde quartò, dico, qui confitetur excommunicatio occulto, etiā ſcienter, in caſu neceſſitatis, nō peccat, & abſolutio valet. Syluest. Verbo cōfeſſori. in fine.

Quintò, qui confitetur ſuo Parocho ſcienter excōmunicato, etiam ſine caſu ne-

Digitized by Google

ſu neceſsitatis,non peccat,ratione debiti vtriuſque,& ſi Parochus excōmuni-
catus audiens confeſsionem ſubditi eſt contritus de ſuo peccato,& per ſe non
ſtat,ut abſoluatur ab excommunicatione, audiens eū non peccat, ſecus autē
ſi non eſt contritus,& de abſolutione non curat,quia tunc peccat mortaliter.

Sexto,in caſu extremæ neceſsitatis,quando notabile periculum eſſet in mo
ra,poteſt abſolui à quocunque excommunicato,etiam notorio,& nominató,
dummodo non ſit hæreticus, aut ſciſmaticus ſecundum multos Theologos,
quamuis Nauar.c.26.nu.26.illos ultimos non exceptuat.

Ex defectu formæ,quando per defectū Pęnitentis non interuenit abſolu-
tio,tenetur iterū confiteri,unde qui confitetur,& non abſoluitur,non implet *4 Defectus for-*
pręceptū de cōfitēdo ſemel in anno.Nau.c.10.nu.4.Sotus in 4.diſt.18.q.3.ar.3. *mæ.*

Ex defectu intentionis, ſed de hoc non eſt ſolicitandum. Fallunt omnia
iſta,quādo pęnitens ignorat inuincibiliter huiuſmodi impedimenta.Vnde ab-
ſolutus à non habente poteſtatem, iuriſdōnem,aut ab habente illam impedi-
tam,ut dictum eſt,ſi fecit,quod in ſe eſt,& talia ignorauit,ſic abſolutus tutus
eſt,quo ad Deum:idem dicendum ſi ſacerdos finxit abſoluere, & non abſol-
uit,dummodo pœnitens ignorans talem fictionem,putauit ſe fuiſſe abſolutū.
Sic tenent communiter Theologi,& habetur cap.Apoſtolicam,de Presbytero
non baptizato. Verum hæc ualeāt,donec talis ignorantia durat;poſtquam au-
tem hæc omnia ſciuerit,tunc tenetur omnes confeſsiones retroactas, talibus
perſonis reiterare. Ideo dixi(tutus eſt,& non abſolutus)hoc enim modo pro-
priè ſacramentaliter abſolutus non dicitur, cum deficiat propria forma ſacra-
menti,ſed dicitur tutus,quoad Deum,quia per contritionem Deo gratus effi-
citur,de reliquo,cum fecerit quod in ſe eſt,excuſatur.

Sed dubium inſurgit non prætereūndum: Communis ſententia eſt,vt dum *Tutus, & non*
pœnitens acceſſerit ad confeſsionem tantummodo attritus, ſine gratia acce- *abſolutus, quid*
dere dicitur,ſed adueniente ſacerdotis abſolutione,virtute ſacramenti, ex at- *ſignificet.*
trito fit contritus, quia in illo tunc infunditur gratia ſacramentalis, & ſic re- *Dubiū graue.*
cedit iuſtificatus. Quæritur modo, ſi quis attritus acceſſerit ad Confeſſorem, *Attritus acce-*
qui uel eum non intendit abſoluere,vel poteſtatem, ſeu iuriſdictionem abſol *dens ad cōfeſ-*
uendi non habet,ſi hinc ad horam moreretur, an eſſet ſaluus?ſunt qui dicunt, *ſionem, & nō*
ꝙ ſic,ego autem non video,quomodo de lege Dei ordinaria, hoc verum eſſe *abſolutus, an*
poſsit,nam clarum eſt,decedentē abſq; gratia iuſtificante,non habere partem *moriens, mo-*
in hæreditate filiorum Dei:iſte autem unde illam acquirit? non ex ſacramen- *reretur in gra-*
to,quia deficiente ſacramentali abſolutione,& ſufficienti dolore, vt ſupponi- *tia.*
tur,illa confeſsio eſt pura narratio. Verumtamen dici poteſt, aut antequam *Reſponſio ali-*
moritur ſumpſit ſacramentum Euchariſtiæ,aut non,ſi non ſumpſit,decedit ſi- *quorum.*
ne gratia,ut dictum eſt:ſi autem ſumpſit, diſtinguendum eſt, aut acceſsit ad *Reſponſio Au-*
ſacram Euchariſtiam cum attritione nota, i.male circunſtantionata, & tunc, *thoris.*
quia accedit cum peccato mortali,non recuperat gratiam, ideo dicendum,ut *Notent pœni-*
ſupra:ſi autem acceſsit cū attritione,putata contritione,tunc ſumendo eucha *tentes.*
riſtiam,ſuſcipit gratiam ſacramentalem;omnis.n ſic attritus,virtute ſacramen
ti,efficitur contritus,confert enim hoc ſacramentū, inter cætera qūque primā *4*
gratiam,ut in caſu,teſte D.Tho.3.par.q.79.ar.3.Vnde nota quantum ſatagere *Ex parte ſa-*
debeant pœnitentes, in eligendis ſibi confeſſoribus,ne alluſi remaneant cum *cramenti, de-*
periculo animarum. Quid autem ſit attritio,& quid contritio nunc dicetur. *fectus contri-*

Secundo confeſsio eſt reiterāda ex parte ſacramenti,& hoc accidit tuplici- *tionis, quæ fi-*
ter ſm tres partes ſacramenti. Et primo ex defectu contritionis, qñ fictè acce- *ctio inualidet*
dit ad confeſsionē.Et quia fictio pōt eſſe pluribꝰ modis,ideo dicendū eſt de ſin *confeſſionem.*
gulis,& quę fictio inualidat confeſsionē.Qd ſic expeditè ſcire non poſſumus, *6*
niſi eius definitionē enucleemus. Eſt igit cōtritio,dolor volūtariè aſſumptus, *Cōtritio quid*
de *ſit.*

de peccatis præteritis, quatenus Dei offenſa ſunt, cum propoſito illa amplius non committendi, ſed confitendi, & ſatisfaciendi, ſpe veniæ diuinitus obtinendæ.

Dolor de peccatis quid ſit. Dixi (contritio eſt dolor) pro quo nota, quòd dolor propriè dicitur eſſe in corpore; triſtitia autem in anima; cum enim anima in corpore conſtituta pati dicatur; dupliciter pati poteſt, & paſſione corporali, & paſſione animali: paſſione corporali patitur anima per accidens, ſcilicet per corporis læſionem, ſenſu tactus perceptam, quæ fit, cum corporis traſmutatione. Hinc ſequuntur planctus, & lachrymæ: paſſione autem animali, propriè patitur, per operationem, quæ principalius eſt animæ, quam corporis, dum per rationem, vel imaginationem apprehendit aliquid, quod eſt ſibi diſconueniens, nociuum, & malum; quæ tanta eſſe poſſet, ut etiam corpus immutet, & ſuſpiria, lachrymas, & gemitus gignat: primo modo, contritio non poteſt dici dolor; non enim omnes pœnitentes talem poſſunt habere dolorem, nec plangere, & lachrymare; quomodo ergo contritio dicitur eſſe dolor, vt etiam, & alij definiunt.

Dolor in contritione quomodo ſumatur. Contritio eſt peccata plangere, &c. Reſpondetur, quòd hic ſumitur largè, pro omni diſplicentia; unde dicitur dolor cordis, ideſt uoluntatis; iuxta illud Pſalm. 12. Quam diu ponam conſilium in anima mea, & dolorem in corde meo per diem. Sumitur quoque hæc propoſitio cauſaliter; eſt enim contritio propriè, & formaliter deteſtatio peccati, & uoluntatis diſplicentia quæ uellet illud non commiſiſſe, unde cum ipſum apprehendat, vt malum, triſtatur, & quandoque tantum triſtatur, ut in lachrymas prorumpat, corpus afficiendo, ac ſi corporaliter doleret: itaque ſumitur hic dolor, pro effectu, inquantum ipſa eſt cauſa doloris. Vnde Auguſt. in lib. de uera & falſa pœnitentia. Dolor dicitur omnis pœnitentia, & non dixit, dolor eſt pœnitentia. Et refertur de pœnitentia, diſt. 8. Can. Pœnitentia 2. Pœnitentia eſt quędam dolentis uindicta.

Dixi (voluntariè aſſumptus) ad differentiam doloris, qui cauſatur ab extrinſeco, per timorem, aut afflictionem aliquam: dum enim aliquid corpus afficit, aut nobis nolentibus aduenit inuoluntariè, triſtamur; & hoc modo non eſt bona, & legitima contritio, ſed mala, iuxta illud Pſal. 13. Contritio, & infelicitas in vijs eorum. Sed contritio, de qua agimus, eſt actus à uoluntate ſpontaneè elicitus, quæ, vt domina, imperat, ut anima triſtetur; hinc appetitus ſenſitiuus per rationis obedientiam, ad dolendum de peccatis excitatur uſque ad lachrymas, ſi fieri poteſt.

Peccata actualia præterita ſunt obiecta contritionis. Dixi (de peccatis præteritis) peccata enim pręterita propria, & actualia ſunt obiecta contritionis, futura autem reſpicit conſequenter, quatenus per contritionẽ deteſtamur in generali omne, quo Deus offendi poteſt. Et dico proprijs, de alienis namque triſtari, non eſt actus contritionis, ſed charitatis, & ſi quis triſtetur de peccato, cuius ipſe cauſa fuit, hoc accidit, inquantũ crimen ſuum grauius eſſe cognoſcit, ac inde meretur maiorem pœnam.

Dixi (quatenus Dei offenſa ſunt): nam contritio, quæ eſt pęnitudo, & deteſtatio peccati, inquantum peccatum eſt, ſolummodo virtus naturalis eſt, peccatum enim, cũ ſit contra bonum naturę, per ſe odibile eſt, hoc modo Ethnici ipſum oderunt. Et ſi ab aliquibus amatur, hoc euenit propter illud bonũ apparens, & delectabile, quod in ſe oſtendit, quod accidit ijs, qui paſſionem prauã, & reprobum ſenſum habẽt in ſe, aut cognitum, deteſtabile eſt. Sed deteſtatio peccati, inquãtum per ipſum Deus offenditur, virtus ſupernaturalis eſt, & hęc eſt contritio, quæ ſupernaturaliter habetur. Item dixi (quatenus Dei offenſa ſunt) ad differentiam attritionis, pro quorum differentia notandum eſt, quod Attritio uenit à verbo attrito, quod eſt ſcindere, & partiri aliquid in partes

Deteſtatio peccati, quando ſit virtus ſupernaturalis.

Attritio unde dicatur.

tes

Digitized by Google

Contritio vnde dicatur. *Diuerſitas attritionis et cõtritionis ex intẽſione actus.* *Opinio Scoti, & ſequatium de cõtritione.*

tes groſſiores. Contritio autem, à verbo contero, quod eſt, aliquid in partes minutas conterere, & in puluerem reducere. Hinc ſumitur, quod Attritio vocatur dolor imperfectus, de peccatis: Contritio verò dolor perfectus, de qua Dauid loquendo dicit: Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Verum aliqui, hanc ponũt drĩam, quantum ad actus intẽſionem, & remiſſionem. Vnde dixerunt, contritionem eſſe dolorem nimium, & intenſum, per quem cor quaſi conteritur. Attritionem verò eſſe dolorem paruum, & remiſſum; dicunt enim quod homo ex viribus naturalibus cum communi influentia Dei, poteſt conſiderare peccatum commiſſum, vt offenſiuum Dei, vt eſt contra legem Dei, & vt auerſiuum à Deo, & vt impeditiuum præmij, & vt inductiuum ſupplicij, & huiuſmodi, & ſub iſtis rationibus, vel multis, vel aliquibus, peccatum ſic conſideratum, deteſtari, & iſte actus deteſtationis vocatur attritio, qui, ſi continuatur, & intenditur vſque ad certum terminum, informabitur gratia, & efficietur contritio, nam in principio, dum eſt attritio, ſemper eſt informis, ideſt ſine gratia, & dicitur præuia diſpoſitio ad deletionem peccati, in fine autem, dum gratia formatus eſt, dicitur actus concomitans ad deletionem peccati, & dicitur contritio, ratione gratiæ inexiſtentis. Verum eſt aduertendum, ſi actus iſte, dum eſt in principio, erit male circunſtantionatus, ex imperio voluntatis, vt infra exponetur, nunquam erit ſufficiens diſpoſitio ad iuſtificationem, tunc enim eſt cum peccato actualiter. Si autem caruerit aliqua debita circunſtantia, ex intellectus inconſideratione, aut uoluntatis omiſſione, dubium eſt, ſi ſufficienter ad gratiam diſponet. Si uerò erit ſufficienter, & perfectè circunſtantionatus, tunc continuatus, & intenſus, vt dictum eſt, erit ſufficiens diſpoſitio, & meritum de congruo ad deletionem peccati, & infuſionem gratiæ, quæ in vltimo inſtanti illius diſpoſitionis à Deo donatur. Et ſi quæratur, quomodo dabitur ex merito de congruo, ſi donatur, & donatur ipſa gratia, ſi diſpoſitio prædicta meretur illam? ſequeretur enim ſi ex merito daretur, quòd gratia non eſſet gratia. Reſpondetur, hæc inſtantia oritur ex ignorantia termini, (ly de congruo) meritum enim de congruo eſt actus liberè elicitus, & acceptus ex eius occaſione ad aliquod retribuendum ex liberalitate dantis, aliàs non daretur, quæ liberalitas non exigit, vt ſit amicus is, cui donatur, nec exigit in Deo, ut det ex debito, vel pacto, vt ſonat meritum de condigno, ſed ex ſua liberalitate, tanta enim eſt liberalitas donantis, & complacentia in opere moraliter bono, vt dum peccator facit aliquod opus, ita à Deo acceptum, vt pro eo detur gratia iuſtificans, alias non daretur, ideo dicitur meritum de congruo. Dicitur meritum, quia quod datur, occaſione illius datur, iuxta illud vulgatum. Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. Dicitur de congruo, quia non ex debito, vel pacto, ſeu conuentione, vt requiritur ad meritum de condigno, ſed ex liberalitate naturę animi donantis bonum, excedens opus operantis, qui donans excitatur occaſione talis operis benè circunſtantionati, aliàs non daturus, & hoc ſonat hoc nomen (de congruo) ſed quidquid ſit de hac opinione, unum indiget cenſura, ſcilicet qđ nõ conceditur actũ illum ita perfectè circunſtationatum, vt ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam iuſtificantem, poſſe haberi ex naturalibus, & communi influentia Dei, vt opinio dicit, niſi enim præueniat Deus quodam auxilio ſpeciali, excitando cor noſtrum iuxta illud Eſaię c. 26. Conuerte me domine, & conuertar ad te, nunquam homo ſufficienter diſponetur ad gratię receptionem, quod eſt determinatio Sacri Cõcilij Trident. Seſſ. 6. can. 4. Cũ enim homo aſſenſerit diuinę motioni per cõuerſionem, continuando poſtea actum cõuerſionis per multos gradus, ſcilicet per fidem, timorem, ſpem, & denique charitatem acquiſitam, diſponetur ſuffi-

Inſtantia contra opinionẽ. *Reſponſio* *Meritum de congruo quid ſit.* *Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam.* *Moderatur opinio.* *Auxiliũ ſpeciale neceſſarium.*

cienter

cienter ad gratiæ,& charitatis infuſæ receptionem:& hoc modo illa diſpoſitio dicetur meritum de congruo motio enim Dei peruenientis actum noſtræ conuerſionis dum aſſentimur, ex imperio noſtrę voluntatis, non fruſtabitur, à ſuo fine, & hoc in ſenſu ſaluatur dictum illud. Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam.

Alij hanc differentiam intellexerunt, quo ad diuerſitatem obiecti,niſi enim quis doleat de peccatis commiſſis, in quantum ſunt offenſa Dei, non dicetur perfectè dolere;dolor namque de peccatis propter pœnas inferni,aut alia temporalia incommoda imperfectus eſſe dicitur. Hinc ponuntur quattuor differentiæ inter attritionem,& contritionem.

Differētia inter Attritionem,& Contritionem.

Prima ſumitur ex parte obiecti, vt dixi,ſcilicet, quod contritio eſt dolor de peccatis propter Deum, ideſt nolle peccatum commiſiſſe, eo quod illo offenditur Deus. Attritio autem eſt dolor de peccatis, ob timorem pœnarum Inferni, ſeu aliarum incommoditatum,vel ob gloriæ amiſſionem.

Secũda differentia eſt ex parte motiui,qui enim dolet propter Deum, mouetur timore filiali,qui non eſt ſine charitate,& hic gignit contritionem.Attritio verò oritur à timore ſeruili, nam vt fertur.

Oderunt peccare mali formidine pœna.

Dum enim homo in attritione manet,ſemper malus eſt.

Tertia differētia eſt, quod Attritio oriri poteſt ex naturalibus cum cōmuni influentia Dei,& hoc modo nunquam eſſe poteſt vltima diſpoſitio ad gratiã, quia ſemper eſt cum peccato,ſed contritio nunquam eſſe poteſt ſine Dei motione,præuenientis noſtrum liberum arbitrium.

Ex his oritur quarta differentia,ſcilicet,quòd Attritio non poteſt hominem conſtituere in Dei gratia, rationibus iam dictis; Contritio verò hoc habet ex ſe, vt poſſit.

Quinta differentia ſumitur ex parte remiſſionis, vel intentionis actus, dum ſcilicet dolor eſt perfectus, dicitur Contritio,dum autem eſt imperfectus,dicitur Attritio, & hic actus, quandoque eſt bene circunſtantionatus,quandoque non, vt ſupra dictum eſt, vide ibi; His ſtantibus, colligamus ex his, & conciliando,quantum poſſumus, opiniones,& dicamus, Attritionem eſſe duplicem: Vna eſt intrinſecè ex obiecto, quæ eſt dolor de peccatis, ob pœnas Inferni, & alia incommoda, & non quatenus ſunt offenſa Dei; Altera extrinſecè, & eſt illa, quæ dicitur dolor de offenſa Dei, tamen eſt ſine gratia, quæ propriè loquendo, vocatur Contritio acquiſita,& eſt quando initiatur ex naturalibus, cuius actus ſi continuentur, & à Deo, quodam ſpeciali auxilio, adiuuentur,efficietur vltima diſpoſitio ad gratiam, & fiet Contritio formata: & ad hunc ſenſum ſecundum primam opinionem, Attritio efficitur Contritio. Attritio propria ex obiecto, eſt etiam duplex: Vna dicitur Attritio nota, & eſt,quando dolor de peccatis eſt malè circunſtantionatus,ſcilicet,dum homo dolet de peccatis, quia ſunt malum naturæ, vel quia vindictam annexam habeat, itaque magis vindictam abhorret, quam peccatum ipſum, vel quando manet cum intentione,& propoſito peccandi,vel ſaltem non proponit in futurum abſtinere, vt accidit concubinarijs, & vſurarijs, qui licet doleant de vita præterita,& peccatum relinquere vellent,non tamen in futurum cauere propoſuẽt,vel denique, dum homo ſe de peccatis,vt pęnitentem decet, non dolere,cognoſcit,& hęc ſpecies attritionis nunquam gratiam attingit,nec ex ſe,nec etiam cum Sacramento,quia ſemper eſt cum peccato mortali. Altera dicitur attritio putata Contritio, & eſt,quando eſt perfectè circunſtantionata, in genere moris,ſcilicet,dum homo dolet de peccatis,ob eorũ turpitudinẽ,vel ob pœnas Inferni,& non propter offenſam Dei,cum voluntate tamen emẽdandi ui-

Attritio duplex.

Contritio acquiſita.

Attritio quod efficiatur contritio, quo ſenſu ſit intelligendũ.

Attritio nota.

Attritio putata cõtritio.

Digitized by Google

di vitam,ſpe veniæ obtinendæ, & dicitur (putata contritio) homo enim eam habens,putat ſe dolere, vt decet. Hæc autem ſpecies Attritionis,quamuis ſine pęnitentiæ ſacramento ad iuſtificationem non ſufficiat, tamen ad Dei gratiam impetrandam,in ipſo ſacramento diſponit. vnde homo ſic accedens ad ſacramentum,mediante ſacramentali abſolutione, gratiam ſuſcipit, & ex attrito, ſit contritus, non quòd illemet attritionis actus,propriè contritio efficiatur,vt per eam homo contritus dicatur; ſacramentum enim uoluntatis actui, aliud obiectum non conſtituit, vt bene notat Sotus in 4.diſt.17.art.5.ſed idem Attritionis actus,per ſacramentum informatur gratia, qua contritio extrinſeca dici poteſt, ita, vt per eam, vt ſic homo iuſtificetur, & vocetur contritus, poſtmodum,eo,quia charitas non eſt otioſa, homo ſic contritus, per charitatem incipit dolere,propter Deum,vt qui ex timore ſeruili initium habuit, in timore filiali deſinat; eſt enim talis timor ſeruilis vt ſic, donum Dei, & à Spiritu ſancto impulſo, nondum inhabitante, ſed tantum mouente quo pœnitens viam ſibi ad iuſtitiam parat, iuxta illud Eſaiæ c.26.à timore tuo concepimus,& quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis,ideſt ſalutatem pœnitentiam, & oppoſitum dicere, eſſet hæreſis, à Sacro Concilio Tridentino condemnata Seſſ.13.cap.4.Similiter contritio duplex eſſe dicitur,altera extrinſeca; quæ eſt dolor de peccatis, ex quacunque cauſa, informatus tamen gratia, vt paulo ante dictum eſt. Altera uerò intrinſeca & propria ex obiecto, quæ eſt dolor de offenſa Dei,& de hac loquimur in definitione,ideo ſubiungimus,quatenus ſunt offenſa Dei.

Attritus ſit cõtritus, quomodo intelligatur.

Contritio extrinſeca dicitur.

Contritio duplex.

Contritio extrinſeca quid ſit.

Contritio intrinſeca.

Dixi (cum propoſito illa amplius non committendi) niſi enim hoc propoſitum habeatur, non erit uera peccatorum deteſtatio, quomodo erit uerè pœnitens, Deum offendiſſe, ſi non proponit amplius illum non offenſurum? Iuxta illuc Ezechiæ cap.18.Proijcite à uobis omnes iniquitates ueſtras, in quibus præuaricati eſtis. Ecce peccatorum præteritorum deteſtatio, & facite uobis cor nouum;& ſpiritum,nouum.Ecce propoſitum de cętero nõ peccandi: in quo propoſito includitur non modo à peccatis ceſſatio, uerum & uitæ nouæ inchoatio,non quòd promittere debet ſe amplius non peccaturum omnino,hoc enim impoſsibile eſt,ſine gratia Dei;quam ſemper habere,homo non eſt certus, ſed quòd uoluntatem peccandi, pro quacunque re mundi amplius non habeat.Vnde Chriſtus,Io.c.8. Adulterę non dixit, uade in pace, & amplius non peccabis,ſed noli amplius peccare,ideſt non habeas amplius uoluntatem peccandi.

Propoſitũ non peccandi in cõtritione neceſſarium.

Additum eſt(ſed confitendi,& ſatisfaciendi)niſi enim tali propoſito,uotum præſtandi reliqua aſſocietur, quæ ad ritè ſuſpiciendum hoc ſacramentum neceſſaria ſunt,& Eccleſia præcedit,non dicetur uera contritio.Pro qua re nota, ut ait Sotus in 4.diſt.17.quæſtio.2.ar.1.quòd non eſt neceſſe in illo contritionis actu,ut de confitendo ſacerdoti actualiter cogitet,ſed ſufficit, propoſitum in genere,faciendo quòd neceſſarium eſt pro ſua ſalute,ſecũdum quòd in Euangelio exprimitur,ſ.oportere ſacerdoti ſua peccata confiteri, ut Eccleſia præcipit,quo ad determitationem temporis. Quo uerò ad ſatisfaciendum pro peccatis,quantum ſit neceſſarium,dicetur loco ſuo.

Nota uotum confitẽdi, quomodo intelligatur.

Dictum eſt denique(ſpe uenię diuinitus obtinendæ.)Hęc ultima pars complementum, & perfectio omnium ſupradictorum eſt, homo enim, dum conuertitur ad Deum, accedere debet ad tribunal diuinæ miſericordiæ cum fiducia obtinendi remiſsionem, aliàs dolor de peccatis Iudæ pœnitentię adęquaretur.

Iuſtificatio aũt impij,i.tranſitus de ſtatu peccati,ad ſtatum gratię,& ſalutis, regulariter ſit per multos gradus,& motus interiores aïæ.Primus eſt motio Dei

præuenientis,& excitantis nos, diuino quodam ſpeciali auxilio: ideo Propheta illud poſtulans, aiebat. Conuerte me Domine,& conuertar. Secundus motus fidei noſtrę, dum enim per bonas inſpirationes excitamur à Deo, ducere nos in cognitionem noſtrorum peccatorum, credimus vera eſſe, quæ in Eccleſia prædicantur, ſ. impios iuſtificari p pœnitentiam mediante gratia Dei,& meritis paſſionis Chriſti,quibus multa bona promittuntur;pertinacibus autem,& obſtinatis,ecõtra,multa mala minatur: niſi enim homo hanc fidem habuerit, nunquã aſſentiet impulſui diuino, ut ſe conuertere incipiat; ait enim Paulus ad Hebr.11.Accedentem ad Deum,oportet credere.Quo fit,vt dum ſe peccatorem eſſe intelligit,& ſupplicio dignum,ſequitur tertius motus ſcilicet timor diuinæ iuſtitię,de quo timore dictum eſt ſupra.Et quia fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarũ,teſte Paulo;ex illo oritur ſpes?Vnde his duobus pedibus fidei ambulando,vltra procedit ſinę periculo claudicandi:nam pede timoris, lente ambulat,ne nimia confidentia ſine timore ſe præcipitet; pede autem ſpei aliquantulum accelerat,ne ſolo timore ſeſe retrahat, & deſperet.

Quo in itinere,ſequitur quartus motus cõſiderationis,ſcilicet diuinæ miſericordiæ,& benignitatis,qua homo fiducialiter erigitur ad deteſtanda peccata, ſpe veniæ obtinendæ:Hinc ſequitur quintus,& vltimus motus,quo Deum, vt fontem iuſtitię,& bonitatis diligere incipit,in quo,vt iuſtificatus,timore filiali eum reueretur,charitate informatus; & in hoc conſiſtit perfecta ratio contritionis.Neceſſariò igitur in fine ponitur illa pars(ſpe veniæ obtinendæ.)

Declaratis igitur circunſtantijs, & conditionibus, quibus contritio munita eſſe debet; facile intelligemus,quando homo accedit ad confeſſionem cum aliqua fictione uitiante contritionem, ita, ut confeſſio talis, nulla eſſe iudicetur.

Primo quando accedit ita indiſpoſitus,ut nullum penitus dolorem, ſeu deteſtationem habeat,de peccatis commiſſis, tunc confeſſio eſt nulla,& tenetur reiterare confeſſionẽ:etiam ſi talem indiſpoſitionem confeſſus ſit.ait Capreolus in 4.ſent.diſt.17.quęſt.2. art.1.Vbi enim nõ eſt dolor,ſeu deteſtatio peccatorum,non eſt contritio:& ubi non eſt contritionis ſcintilla,confeſſio inde ſecuta nullam habet accuſationis imaginem. Vnde potus dicenda eſt ſimplex narratio,& ſimulata accuſatio.Contra illam conditionem,ſcilicet,ſit accuſans vt infra dicetur.

Nota propoſitum non abſtinendi à peccatis.

Secundo,quando de prædictis dolet, nõ tamen proponit in futurum abſtinere,tunc enim fictè accedit ad confeſſionem. Verum hic nota quantum ad illud verbũ(proponit)ne fiat error circa eius intellectũ:tripliciter.n.intelligi poteſt. Vno modo cum actu poſitiuo actualiter contrario; quod fit, dum homo dolet de peccatis prętęritis,tamen actualiter proponit de nouo, illa non relinquere:quod accidit homini triſtitiam habẽti de perſecutione inimici,verumtamen odiũ deponere non vult,nec rogatus illi parcere. Vel concubinario excludenti concubinam de domo ſua tempore hebdomadæ ſanctæ,donec confiteatur,& communicet,cum intentione,vt tranſactis decem diebus,illam iterũ introducat. Alter modus eſt cũ actu quidem cõtrario poſitiuo, ſed habitualiter, qđ eſt dicere,quãuis non proponat actualiter peccatum ſequi, ut in primo caſu,tamen illud relinquere,& vitam mutare non intendit, vt accidere ſolet quibuſdam concubinarijs,uel uſurarijs dolentibus de peccatis pteritis, ita ut in futurum amplius peccare nollent,tñ illis inuoluti,cõcubinas relinquere,uel vſuras reſtituere,nec cogitant nec proponũt.Huiuſmodi fictiones imperfectorum ſunt,& conſequenter iterum confiteri oĩno tenetur. Alius modus eſt,dũ actus eſt negatiuus,i.dum hominem pœnitet Deũ,& animam ſuã offendiſſe, & cũ hoc de cætero in futurum nec actualiter, nec habitualiter,eum offendere cogi

tat:re-

tat: verumtamen non proponit actualiter, ut decet, à peccatis abſtinere velle: quia tale non aduertit, nec in mentem venit. Vnde in tali caſu, quoddam propoſitum in confuſo habere dicitur, idest ſi de hoc actualiter aduerteret, cauere proponeret, & quamuis modus iſte dicatur attritio imperfectorum, cum ſacramentali tamen abſolutione, ſatisfit præcepto, de confitendo ſemel in anno. Itaque tali fictione recedente, per ſubſequentem contritionem idest actualē deteſtationem, gratiam ſuſcipiet, ſecundum D.T. in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. ar. 4.

Tertio quando dolet cum propoſito abſtinendi in futurum: tamen ille dolor eſt mixtus: quod accidit dum homo dolet de peccatis, non quia ſibi diſplicent peccata, ſed quia timet Deum vltorem, ſeuere peccata punientem: itaque quantum eſt ex ſe, nollet illas pęnas inueniri, ut poſſet in peccatis delectari: & iſte taliter accedens ad confeſſionem, & petens abſolutionem; non ſolum minimè pręcepto ſatisfacit, ſed de nouo peccat; & tenetur reiterare confeſſionem.

Quarto quando non habet aliquem dolorem ſimpliciter de peccatis, ſed inſufficientem: & cognoſcens, ſe non dolere ſufficienter, vt decet, talem inſufficientiam non confitetur; confeſſio eſt nulla, quia non eſt integra confeſsio, inſufficientia illa cognita imputatur ad peccatum. Si verò confitetur illam, & abſoluitur, tunc ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de confitendo ſemel in anno, quantum ad ſubſtantiam præcepti. Vt non teneatur iterare confeſsionem ſed non quantum ad finem præcepti, idest non conſequitur gratiam ſacramentalem, propter talem fictionem, qua recedente, poſteà incipit per contritionem, gratiam habere, ſecundum D.T. in 4. diſt. prædicta.

Sed hic dubitatur, dolor de peccatis quantus eſſe debeat, ut ſufficiens eſſe dicatur ad acquirendam gratiam Sacramentalem in confeſsione? Pro huius dubij intelligentia, eſt valde notandum. Quantitatem doloris, & diſplicentiæ peccatorum dupliciter intelligi poſſe, vel abſolutè, quo ad intenſionem, & remiſsionem actus voluntatis, verbi gratia: dum aliquis fortiter odit, uel magno affectu, & conatu aliquid amat, tunc odium, aut amor, intenſus eſſe dicitur, dum autem paucus, & mollis eſt, tunc remiſſus vocabitur. Vel intelligitur comparatiuè, quod accidit, dum voluntatis actus dicitur maior circa aliquod, reſpectu alterius rei: puta quis odit magis Petrum, quam eius fratrem, aut amat plus hoc, quam illud; tunc odium, aut amor dicetur maior, vel minor, reſpectu huius, vel illius rei, & quod dicitur, de odio & amore, intelligitur de triſtitia & dolore. Hinc præfato dubio reſpondetur per Adrian. Quodl. 5. ar. 3. qui dicit, dolorē peccatorum intenſum eſſe debere, i. voluntas, toto ſuo conatu, peccatum odire debet. Sed hæc opinio ſtare non poteſt, uis. n. & magnitudo odij, & amoris ex apprehēſione obiecti oritur, & res ſenſibiles magis mouent appetitū ſenſitiuum, quam ſpirituales intellectiuum; quod ex defectu naturæ noſtræ in hoc ſtatu, ortum habet. Vnde ſequitur, maiorem, & intenſiorem fore dolorem bonorum temporalium, & honoris amiſsi, quę ſunt in appetitu ſenſitiuo, quam dolorem, & triſtitiam peccatorum, quæ ſunt in appetitu intellectiuo: ꝑ quæ amittitur Dei amicitia, quod eſt maius bonum. Ex quo ſequitur, ſi ad hunc modum, contritionis quantitatem intelligere velimus, nō eſſet ſalua omnis caro. Dicente Dño. Matth. 10. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus, huius ratio eſt, quia talem ſufficientiam nemo habere poteſt. Ideo melius dicamus cum D.T. Dolor, & triſtitia peccatorum, qui eſt proprius actus uoluntatis, magnus eſſe debet comparatiuè, idest per comparationem ad alias res, hoc eſt, taliter homo peccata deteſtari debet, ut pro nullo temporali cōmodo, illa perpetrare ſinat, & hoc eſt verum propoſitum non peccandi: quod in contritione requiritur, ut ſupra dictū fuit. Idē

9 Dubium.

Neceſſarius dolor de peccatis, quātus eſſe debeat.

Actus intenſus & remiſſus, quando dicatur.

Reſponſio Adriani.

Replica.

Reſponſio D. Thomæ.

de commiſſis dicamus, ſ. maiorem diſplicentiam de offenſa Dei, ac amiſſione eius gratiæ, & amicitiæ homo habere debet; quam de iactura cuiuſcunq; rei temporalis, ut ſunt opes honor, ac propria vita, pro quibus inductus fuerat ad peccandum. Huius ratio eſt, nam contritio, quę eſt diſplicentia de offenſa Dei, eſt actus charitatis, qua Deum amamus, igitur tantus eſſe debet dolor de eius offenſa, quantus eſt amor, quo eum diligere tenemur, ſicut.n. Deus eſt ſummū bonum, propter quod ſuper omnia diligi debet, ita ex aduerſo, peccato exiſtē te ſummo malo, ſuper omnia odiri debet. Nos autem in hac vita mortali, Deū intenſiuè diligere non valemus, prout legitur Deuteron. cap. 6. ſ. ex toto corde, ex tota anima, & tota mente, & ex omnibus viribus, ait namque Auguſtinus, præceptum hoc, in præſenti vita, ſic adimpleri non poteſt, Verū ſancti patres, comparatiuè adimpleri poſſe intellexerunt. ideſt ita Deum diligere debemus, ut nil aliud eius amori præponamus. & ita Chriſtus Matth. 10. intelligere volebat. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus, i. qui præponit amorem patris, aut matris, amori qui mihi debetur, mea minimè dignus eſt amicitia Dico igitur, ſicut Deum ſuper omne amabile, comparatiuè amare tenemur, ita peccatum ſuper omne odibile odire debemus. Qui ergo minorem dolorem de peccatis habet, quam de quocunque alio damno temporali, cuius occaſione peccatum commiſit, inſufficientem dolorem habet; itaque ad ſuſcipiendam gratiam ſacramentalem diſpoſitus non eſt. Exempli gratia, nobilis quidam iniuriam vlciſcendi cauſa, inimicum interfecit, qua de re poſtea cogitans, potius complacentiam quandam habet de ſua dignitate recuperata, & ſe mundo media illius morte ſtrenuum oſtendiſſe, quam diſplicentiam de commiſſo homicidio contra legem Dei, iſte talis plus mundi, quā Dei honorem magni facit, ideo de offenſa Dei ſufficientem dolorē non habet. Ita ēt accidere ſolet illi, qui pro delicto perpetrato, iuridicè à Iudice examinatus, dum veritatem confiteri tenebatur, falsò iurauit: deinde cogitās de offenſa Dei, illam non tanti æſtimat, quanti propriam vitā aut bona, quę amittere potuiſſet verum dicendo, iſte non habet ſufficientem dolorē. Non per hoc inferre volo, ꝙ homo has comparationes actualiter facere debeat, ſ. ſi nunc eſſet ante Iudicē pro tali cauſa, quid potius eligere debeat, falsū iurare, an mori? hoīes enim vulgares, & timidi conſtantiam non habent: caro enim magis mouet, quam ſpiritus, ut euenit Petro promittenti commori Chriſto potius. quam illum negare, & tamen præſente periculo ad vocem vnius ancillæ, ipſum negauit. Sunt autem huiuſmodi actus perfectorum, ſicut Paulus aiebat poſtquā cōfirmatus fuit. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti, nuditas? an fames? an gladius? Vnde accidere poſſet, vt aliquis veram contritionem habeat, & tñ ſi hanc comparationem ei propoſueris, aio titubauit, vt bene ait hic Sot. in 4. Sen. diſt. 17. q 2. ar. 4. ſed ſat eſt animi promptitudinē habere, de non offendendo Deū, ēt pro uita propria: & qui è contra, talē propoſitum firmatum haberet, potius falsū iurare, quàm decollari, aut ſuſpendi, uel ſimile, contritus non eſt. Sed de peccatis præteritis, maximè nobilium, pro eorum honore commiſſis, ut ſupra dictū eſt, ſi non poteſt haberi ſufficiens dolor de tali homicidio, uel ſimili, propter honorem recuperatum, qui tanti æſtimatur, doleat ſaltem ſufficienter de occaſione, quæ ipſum induxit ad peccandum; dicendo, nollem pro uita mea, illā accidiſſe, q̃ fuit cauſa tanti mali. qđ oīno non feciſſem, & tūc tenetur ſuā inſufficientiam confiteri, dicendo, doleo pater, me non poſſe hr̄e tantum dolorē de tali homicidio, uel alio, voluiſſem talem occaſionē mihi datā non fuiſſe, & qui talē actū non habet, ſed ſemper paratus eſt occaſione data, ſimile facere, malè de ipſo ſentiendū eſt. Sufficit ergo, ut hō, ſimpliciter loquēdo, maiorē de peccatis diſplicētiā hēat, ꝑꝑ Dei offenſā, quā de oī alia re mūdi, & ſimpliciter

Deum quantum diligere teneamur in hac vita.

Peccatum quantum odiri debeat.

pro-

Digitized by Google

proponat, pro nulla occaſione Deum offenſuram, cum formidine tamen, ne aliqua fragilitate cadat. Et ideo cum hæc omnia illa odire debet, ex quibus peccatum oriri queat, intendens cauere omnem occaſionem, quæ ad peccandum eam inducere poſſet, & qui hoc non habet, non ſufficienter de peccatis dolet, & conſequenter ad gratiam ſacramentalem diſpoſitus non erit, & hæc ſufficiant de dubio moto.

Quinto, quando quis putat ſe feciſſe ſufficientem deteſtationem, & habuiſſe ſufficientem dolorem de peccatis, qui tamen dolor non fuit ſufficiens, & ſacerdos abſoluit cum ſua credulitate. 10 Verum hic eſt diſtinguendum, ſi ſua credulitas naſcitur ex craſſa ignorantia, tunc non ſufficit, & ſacramentum eſt nullum, & ex conſequenti tenetur confeſsionem reiterare, ſi autem credulitas illa non eſt ita culpabilis, ſed tam ſacerdos, quam pœnitens putant bona fide, ſe habuiſſe ſufficientem dolorem, ſubſecuta abſolutione, excuſatur à noua culpa ſ. de impletione præcepti, & non tenetur reiterare cõfeſsionem. Nauar. c. 9. nu. 10. Licet illa abſolutio eſſet infructuoſa quantum ad receptionem gratię, & peccatorum remiſsionem propter illam fictionem, qua recedente gratiam con ſequitur, vt dictum eſt. Sotus in 4. diſt. 18. quæſtio. 3. artic. 3. Et ideo conſultũ eſſe deberet omnibus pęnitentibus, vt quiſque in fine ſuę confeſsionis, inter verba generalia, etiam dicat (& inter cætera pater dico meam culpam & doleo quod non poſſum dolere de peccatis meis quantum debeo.)

Admonitio.

Sexto, quandoque dolor eſt ſufficientiſsimus, non tamen eſt propter Deum, ideſt quia Deus non eſt offendendus, vt requiritur ad veram contritionem: ſed dolet de præteritis, etiam cum propoſito abſtinendi in futurum, vel quia peccata ſunt contra bonum virtutis, vel propter pœnas temporales, quas incurrit propter peccata, ſcilicet, in bonis, in corpore, aut in fama, vel propter pœnas inferni. Vel denique propter amiſsionem beatitudinis. Et iſte dolor per ſe non eſt ſufficiens ad deletionem peccatum. Cum abſolutione tamen ſufficit, quia tunc accedente abſolutione, virtute ſacramenti, pœnitens ex attrito, fit contritus.

Secundo principaliter, ex defectu confeſsionis, ſcilicet quando ſine cauſa legitima dimidiat confeſsionem, ſeu aliquod peccatum mortale, aut circunſtantiam mortalem abſcondit confeſſori, contra illam cõditionem neceſſariam, ſcilicet, vt ſit integra. 11 Qui caſus poteſt accidere, vel ex quadã ſpecie hypocriſis, vt non videatur tam grauis peccator apud confeſſorem, dicit vnam partem peccatorum vni confeſſori, & alteram alteri, vel ex puſillanimitate tacet aliqđ mortale, quia verecundatur dicere aliquod graue, aut circunſtantiam turpiſsimam, vel accidere poteſt ex ignorantia craſſa, quando non curat ſcire hoc, vel illud eſſe mortale, & ideo illud non confitetur: tunc non eſt integra.

Defectus confeßionis.

Dixi (ignorãtia craſſa) quia ignorantia probabilis excuſaret, quę autem ſit ignorantia craſſa, & quæ probabilis dictum eſt ſupra capit. 1. vel accidere poteſt ex negligentia, quando omiſit dicere aliquod mortale, quia nullam, aut ita paruam diligentiam fecit de recordatione peccatorum, vt pro nulla reputetur: quæ recordatio cum debita diligentia, ita eſt neceſſaria, vt ſi ex eius defectu relinquitur in confeſsione aliquod mortale, & confeſsio redditur nulla, & ex conſequenti debet reiterari, quod autem diligentia de recordatione peccatorum ſit neceſſaria, habetur ex Concil. Trident. Seſſ. 14. can. 7. Iuxta illud Prophetę. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meę. Vnde qui oblitus reliquit dicere in confeſsione aliquod mortale, non ex culpa ſua, ſed facta legitima, & diligenti indagatione, nequit illud meminiſſe, excuſatur: remanet tamen ſemper obligatus illud confiteri, cum ad memoriam venerit: non tamen ſtatim, ſed tenetur illud memoriæ mandare, vt dum tem-

Diligentia de recordatione peccatorũ eſt neceſſaria.

pus, & oportunitas acciderit, poſſit illud antea oblitum cum alijs confiteri.

Ex dictis ſequitur, quod confeſſarius dum audit pœnitentem confiteri aliquod peccatum mortale aliàs oblitum in alia confeſſione, debet eum interrogare, ſi dum confeſſus fuit, fecit diligentem indaginem, an non curauit reducere in memoriam omnia mortalia, ex qua incuria reliquit illud confiteri, quia tunc non valuit confeſſio. Optima regula, ad memoriam reducendi omnia

12 *Regula ad reducẽdum peccata ad memoriam.*

fere peccata mortalia, eſt, vt pœnitens tria obſeruet: primo cogitet in qua arte, ſeu exercitio ſe applicauit illo anno, ex quo confeſſus fuit. Secundo cum quibus habuit conſuetudinem, & negotia. Tertio, in quibus locis verſatus ſit: & ſic per hæc omnia diſcurrendo ſatisfaciet ſuo debito, de diligentia adhibenda circa recordationem peccatorum. Dixi notanter (ſine cauſa legitima) quia cum cauſa legitima licitum erit quandoque aliquod mortale, aut circunſtantiam mortalem neceſſariam ſubticere. Pro quorum intelligentia eſt notandum.

13 *In cõfeſſione peccatum tacere aliquis poteſt in triplici caſu.*

In tribus caſibus quis poteſt aliquod peccatum mortale in cõfeſſione tacere ſine vitio confeſſionis.

Primo, quando aliquod periculum animæ confeſſario probabiliter immineret. Exemplum. Puella exarſerat in amorem Parochi, vnde ſi tale peccatum confiteretur dicto parocho, probabiliter dubitaretur, quod poſtea ab eodem ſollicitaretur. Si autem de tali non dubitatur, non eſt tacendum.

Secundo, quando confitendo aliquod peccatum dubitaretur, quod in aliquod periculum vitę, vel famę pœnitentis vergeret. Exemplum quantum ad periculum vitæ. Pœnitens interfecerat nepotem Parochi ſui, vnde dicendo in confeſſione occidi aliquem, ſtatim parochus intelligeret fuiſſe ſuum nepotem, & exinde dubitaretur quod confeſſarius faceret eum occidere, aut eum proderet, quia pro tali habetur, & iudicatur, vbi autem de tali non dubitatur, non eſt in confeſſione tacendum. Exemplum, quantum ad periculum famæ pœnitens fecerat magnum ſcandalum in villa ſua & neſciebatur auctor, & timebatur, ſi tale peccatum confitetur, quod parochus reuelaret confeſſionem, vnde pœnitens infamaretur. Et omnia iſta intellige, quando non habetur copia confeſſorum, quibus ſine talibus periculis, poſſet commodè confiteri.

Tertio, & vltimo, quãdo aliqua circunſtantia neceſſaria non poſſet dici ſine manifeſtatione, & reuelatione confeſſionis alicuius perſonæ, propter quod perſona illa deueniret in cognitionem confeſſoris. Exemplum. Aliquis confeſſarius peccauit abſoluendo Epiſcopum, qui commiſerat ſimoniam: ſi confitetur tale peccatum, confeſſor intelligeret perſonam, & ſic reuelaretur Confeſſio. Sed omnia hæc intelligenda ſunt, ut dixi, in caſu, quando copia confeſſorum haberi non poteſt, quibus ſine periculo talia peccata exponi poſſent: ac etiam quando confeſſio differri non poſſet vel propter periculum mortis, vel propter præceptum Eccleſiæ de communicando, ac denique quando non confitendo daret notabile ſcandalum. In quibus caſibus pœnitens poteſt alia peccata confiteri, & illud de quo dubitat, tacere, cum propoſito confitendi illud quando commoditas alterius confeſſoris aduenerit, cui poterit illud relictum ſolũmodo cõfiteri, & ſalutarẽ abſolutionẽ accipere, & hoc modo confeſſio non dicetur eſſe vitiata, nec dimidiata; ſecundum D. Thom. in 4. Senten. diſt. 18. q. 3. art. 4. Maiorem in 4. diſtin. 17. q. 5. Nauar. in Manuali cap. 7. nu. 2. & 4. & Sotum in 4. diſtin. 18. q. 2. artic. 5. Dixi quoque (circunſtantiam mortalem abſcondit ſine iuſta cauſa) quia in aliquo caſu, licet illam tacere ſine vitio confeſſionis. Et eſt, quando dicendo illam, probabiliter dubitaretur de damno vitæ, vel notabilis infamiæ perſonę, quæ detegitur, ac ſi nullum timeatur periculum, ſed ſolum ſequetur, ꝙ confeſſarius habebit perſonam illã

Circunſtantia mortalis in aliquo caſu taceri poteſt.

per

Digitized by Google

per explicationem dictæ circunſtantiæ detectam,non tantæ exiſtimationis,vt prius habebatur:tunc,& eo caſu non eſt ſilenda dicta circunſtantia. Sententia eſt D.Th.in 4.Sent.diſt.16.q.3.art.2.Bonauen.in 4.diſt.22.q.2.artic.1. Soti ubi ſupra.Durandi in 4 diſt.16.q.4.

Tertio principaliter confeſſio eſt reiteranda ex defectu ſatisfactionis: & eſt quando iniungebatur ei pœnitentia,non intendebat illam adimplere, ſed vilipendebat illam,ſimulans ſuam malitiam confeſſori: tunc confeſſio nō ualet, nec tenet abſolutio,& ex conſequenti confeſſionem tenetur reiterare, non ratione ſatisfactionis,ſed ratione obicis poſiti .i.malitiæ,quam habet,quę obijcitur gratiæ ſacramenti, & illam non confitetur, quia dimidiat confeſſionem. Si autem dum iniungebatur pęnitentia à Sacerdote,illam acceptauit cum animo adimplendi,& poſtea non adimpleuit,non per hoc tenetur reiterare confeſſionem,prout vult Ioannes Bachonus,& quidam alij: non enim defuerunt quæ ſunt de eſſentiam ſacramenti; etſi ſatisfactio ſit pars ſacramenti pęnitentiæ,non tamen eſt pars eſſentialis,ſed integralis, aiunt communiter Theologi: & ideo ſine illa valet ſacramentum:peccat tamen mortaliter,ſi noluit eam poſtea adimplere,aut oblitus eſt eam quadam notabili obliuione, per ſuā incuriam,parum aut nihil curando: ſi autem quadam communi obliuione eſt eam oblitus,peccat venialiter. Niſi eſſet aliquis, qui eam,ac eius fructus penitus negaret,tanquam ſi eſſet hominum traditio,& non cultus Dei, tunc enim cenſendus eſſet hęreticus,vt in ſacro Conc.Trid.Seſſ.14.can.13.& 14.definitū eſt. 14 *Ex defectu ſatisfactionis. Negans fructus pœnitentia. Hæreticus cēſendus.*

Dictum eſt ſupra,ex triplici capite poſſe accidere caſus,quibus neceſſe eſſet reiterare confeſſionem,ſcilicet ex parte confeſſoris,ſacramenti, & pęnitentis. Abſolutis duobus primis, reſtat videre de tertio & ultimo, ſcilicet,quomodo confeſſio eſt reiteranda eſt parte pœnitentis,& hoc dupliciter.

Primo ex defectu intentionis,ſcilicet quando non habet animum ſuſcipiendi ſacramentum,quod accidit, vel dum accedit ad confeſſionem,cum animo; non ſe accuſandi coram Deo, vt inde remiſſionem,& abſolutionem ſacramentalem recipiat,ſed inducitur ad id, ſuperioris impulſu, aut excommunicationis timore,aut ne malus mundo appareat, dum tempus confeſſionis vrget, & ſimilibus. Verùm hic aduerte, quod omnia hæc vera ſunt, dum hæ cauſæ, ita mouent,quod ſine ipſis ad confitendum non induceretur,itaque magis illa ęſtimat,quam confeſſionem,& abſolutionem:& in tali caſu,præcepto de cōfitendo ſemel in anno, minimè ſatisfacit, unde iterum confiteri tenetur:ſed ſi huiuſmodi ſolummodo eſſent occaſiones impulſiuę;ita ut pęnitens,quamuis non promptè,ſed eorum impulſu ad actum confitendi inducatur, tamen inductus, uerè confiteri determinat, tunc non dicetur, quod intentio deficit; ſignum cognoſcendi hanc diuerſitatem,ſi erit pęnitens,his de cauſis impulſus, ad confeſſionem accedens,in illo inſtanti de confeſſione gaudet;pręcepto ſatisfacit,ſin aūt ita durus accedit,quod ſi in illo inſtanti cauſa impulſiua deficeret,à cōfeſsione ſe retraheret,nullo pacto ꝓcepto ſatisfacit,ait Nauarrus ca 1. nu.40.Vel dū falſam intentionē habet, i. dum ſub ſpecie confitendi aliq̄ malam deliberationem pro fine mortali confeſſori detegere intendit, cōtra illam conditionem,quæ in confeſsione requiritur,ſ.ut ſit pura, prout inferius dicet. 15 *Confeſſio uitiatur ex parte intētionis. Nota. Cauſa impulſiua confitendi iuuat.*

Hinc reſoluitur quoddam dubium ſcitu neceſſarium,in prima cōditione relictum breuitatis cauſa,ſ.ꝙ dum aliquis ad confitendum accedit, ſine intētione accuſandi ſe Deo,de peccatis,ſed,vt confeſſarium ad ſuum malū arbitrium inducat,vel,vt eum conſulat de aliquo facinore perpetrando,quod quidē callidè facit,vt cōfeſſarius ſub ſigillo confeſsionis illud ſeruare teneatur, in caſu alicuius inquiſitionis, vel deniq; accedit alia intentione,quā vt verè cōfiteatur quamuis oēs circunſtantias,ac ceremonias,quas cōfeſsio requirit,omniaq; *Dubium ſcitu neceſſarium. Confeſſio quādo non ſit ſacramentalis.*

ſua peccata per modum confitendi, confeſſori narrando, exerceat, talis confeſsio non eſt ſacramentalis, & conſequenter dictus confeſſarius non tenetur ſub ſigillo confeſsionis illa celare: imò potius reueuare in caſu neceſſario, quamuis illorum aliqua, ſub ſigillo ſecreti, ſeruare teneatur, ut nunc dicetur.

17 *Differentia inter ſigillum Confeßionis, & ſecreti.*

Et ſi quæris, quæ differentia eſt inter ſigillum confeſsionis, & ſecreti, breuiter te de hoc abſoluam.

Sigillum unde dicatur.

Pro huius occaſione quæſiti, & dictorum maiori declaratione, aliquid de confeſsionis ſigillo tradam.

Sigillum confeſsionis ſacramentalis, ita cuſtodiri debet, ut nullus confeſſor, ſiue quilibet alius aliquid in confeſsione auditum, directè, vel indirectè, reuelare poſſit, ſine magno ſacrilegio, pro quacunque re mundi, vel à quacunque perſona id peteretur.

Sigillum in propoſito, pro obligatione ſeruandi aliquid in confeſsione ſcitum, ſumitur. Et dicitur ſigillum metaphoricè, ſicut enim dum aliquid ſecreto ſeruare uolumus, ut cæteris occultetur, ſigillamus illud, ita dum aliquid alicui perſonæ ſecretò dicimus, eum obligando, ut ita ſeruet, ſub ſigillo committimus.

18 *Sigillum ſecreti.* *Sigillum confeſsionis.*

Dixi (confeſsionis) duplex enim eſt ſigillum, & confeſsionis, & ſecreti. Sigillum ſecreti eſt, dum aliquid ſimpliciter committitur amico, vel cuicunque perſonæ in ſecreto, ut fideliter cuſtodiat, & nemini reuelet. Sigillum confeſsionis eſt, dum per modum confeſsionis aliquis ſua peccata communicat, ſiue ſæculari, ut facere ſolent nautæ, dum naufragia patiuntur, ſiue ſacerdoti, quacunque intentione id faciat.

Confeſsio quando dicatur ſacramentalis.

Dixi; (ſacramentali) niſi enim homo confiteatur ſacerdoti, cum intentione, ſe accuſandi coram Deo, de commiſsis, & veniam petendi, confeſsio illa non dicitur ſacramentalis, quamuis alias circunſtantias habeat: itaque confeſsio facta laico, ut dixi, in illo inſtanti periculo, quamuis utilis ſit, non eſt tamen vera confeſsio.

Confeſsio facta laico non eſt ſacramentalis.

Confeſsio facta etiam proprio ſacerdoti, ſine intentione ſe accuſandi corā Deo, non eſt ſacramentalis. Ex his differentijs diuerſæ, circa hæc, oriuntur obligationes. Et primo quod accipitur ab amico ſub ſecreti ſigillo, de quo ſe obligauit, non poteſt ſine peccato mortali illud reuelare, eſt enim talis reuelatio contra ius naturæ, vnuſquiſque namque depoſitum ſeruare tenetur, quod apud ſe reponitur, & fideliter cuſtodire, quod promiſit ſecretum eſt aliquid apud amicum depoſitum, ut illud celet, ergo, &c. Dico (de quo ſe obligauit) nam in accipiendo ſecretum, ſi aliquo modo non ſe obligauit, non peccat, illud manifeſtando, niſi res de ſe talis conditionis, & naturæ ſit, vt meritò celari debeat, puta, quia ſcandalum, uel notabile damnū, & nocumentum alicui parturiret, eſſet enim directè contra charitatem, niſi inaduertentia in re non magni momenti excuſaret, ait Syluest. Verbo Confeſsio, 3. §. vltimo.

Sigillum ſecreti quando reuelare tenetur.

Hoc autem intelligitur ſimpliciter, & ſine rationabili cauſa, nam dum cauſa rationabilis vrget, illud reuelare tenetur: cauſa rationabilis eſt, dum notabile damnum imminet, uel Reipublicæ, vel priuatæ perſonæ, ſiue ſpirituale, ſiue temporale ſit, contra propriam perſonam, aut eius infamiam, aut denique temporalia bona 11. q. 3. uel quando à ſuperiore, eo quod alicui præiudicat, compellitur, imò in ſimilibus caſibus tacendo, peccaret, & quandoque teneretur ad reſtitutionem, & ſi conſtat nulli præiudicare, nec etiam iubente Prælato, propalare tenetur, niſi res dubia eſſet. Sylu. quo ſuprà. Aut denique ſi in iudicio legitimè interrogetur, tunc enim illud aperire tenetur cap. Intimauit, de Teſtamentis, & ibi Abbas, quamuis amicus dicat, committo tibi

hoc

hoc ſub ſigillo conf ſſionis, præmittens genuflexè confeſsionem, etiam coram ſacerdote, & alijs cæremonijs vtatur, dummodo, vt ſecretum cõmendet ſolũ, id faciat; quia per hoc ſigillum confeſſionis erit, ut inde tam arcta obligatio exurgat; quantuis etiam iuramentum apposuerit, illud enim contra bonos mores [illegible] obligat. de regul. iur. Imò dico, in committendis huiuſmodi ſecretis, tales cęremoniæ euitandæ ſunt. Secundo, dum ab aliquo ſecretum aliquod per iniuriam extorſerit, illud maiori uinculo celare tenetur. Tertiò, & multo magis ille laicus, qui confeſsionem peccatorum naufragantium audiuit, celare obligatur; etiam ſi in iudicio, ut teſtis produceretur; quamuis illa ſacramentalis confeſsio non ſit. Sed quomodo reſpondere debet, ne mentiatur, & periurus non efficiatur? Dicat, neſcio, deinde intra ſe, vt reuelem, vt inferius dicetur. Quarto, dum aliquis confitetur ſacerdoti omnia ſua peccata, non ea intentione, ut ſe accuſet coram Deo; ſed ut cõfeſſarium ad peccandum prouocet, vel vt ſocium ad aliquod facinus inducat, aut de aliqua ſeditione cõſulat; tunc ea, vt in tertio caſu dixi, ſeruare tenetur, præterquam illa, quæ contra bonum commune redundarent; quæ non ſolum poteſt, ſed etiam omni ex parte manifeſtare debet; cum enim, vt dixi, talis confeſsio ſacramentalis nõ ſit, non eſt ſub tali uinculo ſeruanda: ſed illam detegere tenetur: exemplum deſumit ab eo, quod Romæ accidit, referente Soto in 4. diſtinct. 18. q. 4. art. 5. Cardinalis quidam, qui conſpirationem in Pontificem moliebatur, confeſſus eſt alteri Cardinali, ea tantum intentione, vt eum in ſuam traheret coniurationem; poſtea re, per aliam viam, comperta, Cardinalis, qui confeſsionem audierat, de hoc accuſatus fuit, eo quòd rem non protinus detexiſſet: vnde pro eo pecunia multatus eſt; & niſi eius ignorantia cõſiderata fuiſſet, putabat. n. illud detegere non poſſe, acrius punitus fuiſſet. Quinto, dum quis confitetur ſacerdoti ſacramentaliter; ideſt intentione ſe accuſandi Deo, nullo pacto, & in nullo caſu peccatum aliquod in tali confeſsione auditum, detegi põt; eſſet enim magnũ ſacrilegium: hoc namque Diuino, & naturali iure prohibetur, vt ait D. Thom. in 4. diſt. 21. q. 3. art. 1. & Scotus in 4. diſt. 21. q. 2. ac etiam Pontificio, vt habetur in Decretali. Omnis vtriuſq; ſexus cuius verba ſunt hæc. Caueat ſacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem: eſt & ſententia D. Gregorij, & habetur de pœnitentia diſt. 6. Can. Sacerdos, vbi ait: Sacerdos ante omnia, caueat, ne dijs, qui confitentur peccata alicui recitet, quæ ea confeſſus eſt; neque pro aliquo ſcandalo: quòd ſi aliter fecerit, deponatur: & eſt communis ſententia: Ideo dixi (cuſtodiri debet) quod obſeruari debet etiam, ſi pœnitens non abſoluatur; nam vſu venire ſolet, ut aliquis incipiat confiteri, & ex aliqua cauſa, confeſsionem non finiat; adhuc ſigilli obligatio inſurgit; eſt enim pars confeſsionis ſacramentalis, ita, ut ſi poſtea ad confeſsionem rediret, & reliqua confiteretur, non opus eſſet illa prius dicta, repetere; ſed partes coniungere ad recipiendam abſolutionem ſufficeret. Eodem pacto ſi defectu contritionis, aut alterius impedimenti abſolutio ſuſpenderetur, nihilominus confeſsio illa ſacramentalis eſſet: imò ſi ad confeſsionem accederet, cum animo non abſtinendi in futurum ab aliquo; eo quòd iudicat illud non eſſe peccatum: puta accedere ad meretricem, propterea quòd nulli fit iniuria, odire inimicum; ex eo, quia eum iniuſtè offenderat, uel alia ſimili ignorantia laborat, uel ſaltem, ut præcepto ſatisfaceret, iuxta cap. Quod quidem, de pœnit. ut ſæpe mihi huiuſmodi audire accidit.

5. Dixi quoq; (ſiue quilibet alius) nam ad hoc ſigillum obligatur non tantum confeſſor, ſed quicunq; alius, ſiue caſu aliquod peccatum in cõfeſsione dictũ, pertranſiens audierit, ſiue malitioſè ad id aures preſtauerit, ſiue vt nuncius in confeſsione ſe ingeſſerit, ſiue id per modum cõfeſsionis ſciuerit; puta littera

Ad ſigillũ ultra confeſſorẽ tenentur & alij.

per

per nuntium delatas, vbi erãt peccata ſcripta quomodolibet viderit, aut à confeſſore pro petendo cõſilio, ſine expreſſione perſonæ aliquod peccatum intellexerit, ſiue fuerit interpres; eo quòd confeſſor linguam pęnitentis ignorabat, & eo mediante audiebat; omnes huiuſmodi quæ audierunt, & ſciuerunt, ſub ſigillo celare tenentur, non tamen ſic arctè ſicut confeſſor, hoc eſt ſub tam crudeli pœna; & ratio eſt, nam ſigillum confeſſionis ſequitur clauem ſcientiæ, & cum ſacerdos habeat clauem ſcientię, ad cognoſcenda peccata in ſacramento pœnitentiæ, ſequitur, ut ſigillum, quo tenetur eadem peccata celare, ſit ei ſacrum, & ſacra fide ſeruandum: itaq; ſi illud uiolat, ſacrilegus efficitur: ſeculares autem, cum non habeant clauem ſcientiæ, ſigillum eorum non eſt ſacrum, & ideo non obligantur tam arctè ſub eiſdem pœnis, ut confeſſor. Verum huiuſmodi non æqualiter peccarent confeſsionem auditam propalando: nam caſualiter audiens, & nuncius deferens litteras, & eas legens, grauius peccaret, quam ille, qui ſecretum tãtum ſibi commiſſum manifeſtaret: & grauius iſtis, qui malitioſè, & callidè ad audiendam confeſsionem ſe ingeſſerit: & maximè ſi perſonam confeſſoris eſſe finxerit, ut fecit quidam zelotypiam patiẽs, qui, vt experiretur, an uxor ſua eſſet adultera, in loco confeſſoris ſedens, audiebat confeſsionem vxoris per tranſennam: iſte non modo grauiter peccauit, talia ſimulando, ſed multo peius peccaret cæteris alijs, peccata ſic audita aliquo modo manifeſtando: & ſi eſſet interpres pari grauitate; nunquam tamen attingerent grauitatem ſacrilegij proprij confeſſoris uiolantis ſacrum ſigillum.

Clauis ſcientia.

Dixi (aliquid) & per aliquid, intelligo ſecundum Richardum D. Thom. & alios, in 4. diſtin. 21. non ſolum quodlibet peccatorum mortalium, ſed etiam uenialium; quamuis ab eo non poſſe, vel nolle abſtinere diceret; ait Innocentius, cap. Omnis, de pœnit. & remiſ. & cùm his intelligo etiam, omnia alia annexa, ut locus, tempus, quę per ſe, vel per accidens, directè, uel indirectè in notitiam pœnitentis ducere, aut aliquam ſuſpicionem, nocumentum, uerecundiam, aut confuſionem ei generare poſſent: puta, ſi dum pœnitens confitendo aliquod homicidium commiſſum narraret, Petrus amicus meus de hoc mihi diſſuadebat, & non audiui eum: talis faber vendidit mihi gladium: talis commodauit mihi ſclopetum; & huiuſmodi; quamuis hæc illis peccata nõ eſſent, tamen eos nominando, poſſet aperiri uia ad explorandum malefactorem, & ſic indirectè peccator proderetur. Eodem pacto ſi confeſſor diceret, Petrus tali hora fuit in tali loco? inde namque indicium capi poſſet, ſuſpicandi, Petrũ complicem fuiſſe homicidij, ibi perpetrati, & ſimilia. Item perſonam, cum qua peccauit; non modo quæ, ut neceſſaria circunſtantia exprimitur, ſed & illa ſine qua peccatum exprimi deberet; ut imperiti facere ſolent, nominando, & infamando aliquem in confeſsione ſine neceſsitate, ut ait Richardus, quo ſupra. Item per (aliquid) intelligo omnes, & quoſcunque contractus fraudulentos, credita, debita, depoſita, & ſimilia negotia, in quibus mixtum fuit aliquod furtum, uſura, uue aliud peccatum commiſſum: quæ omnia cadunt ſub ſigillo etiam, ſi de eis fieret inquiſitio ſub Anathematis pœna, quia illa neſcit, ut reuelare poſsit.

Dubium.

Sed dubiũ eſt quo ad alia debita, & credita, in quibus non eſt aliquod peccatum annexum, an reuelari poſsint? Sylu. Verbo Confeſsio, 3. §. reſpondet cũ diſtinctione, ſi de eis inquiſito fieret per eum, qui auctoritatẽ habet, ueritatẽ propalare tenetur: rationem aſsignat: quamuis enim illa in confeſsione ſciuerit, tamen de hoc caſu non cogitauit, & ſi cogitaſſet, & promiſiſſet ea nõ dicere ẽt cum iuramento, non tenet promiſsio in præiudiciũ tertij. Si autem inquiſitio non fieret, aut fieret tyrannicè, & iniuſtè, non tenetur; ſed ſubterfugere debet.

Reliqua

Digitized by Google

Reliqua verò, quæ in confeſſione admiſceri ſolent, ad peccata non pertinentia; nec pœnitenti damnum aliquod parturire valentia, ſub ſigillo non includuntur, quamuis cautius eſſet confeſſorem omni ex parte muteſcere. Notâter dixi (per quæ veniri poſſet in notitiam peccatoris) narrare namque aliquod peccatum in confeſſione auditum, per quod peccator diſcooperiri non poſſet, non eſt vetitum, vt ex Decretali ſuperius allegata colligitur, vbi dicitur, prodat aliquatenus peccatorem. Et quamuis Panorm. ſuper cap. Omnis vtriuſque ſexus, dicat, quod reuelare peccatum tantùmmodo, eſſet etiam ſigillum infringere; tamen, vt Scotus ait in 4. diſtinct. 21 quæſtio. 2. & Sotus diſtinct. 18. q. 4. art. 5. hoc non eſt neceſſarium; nam per verba præcedentia illius cap. intelligitur, hoc intantum eſſe verum, inquantum peccator exinde proderetur. Verum ſalutiferum conſilium eſſet ab huiuſmodi locutionibus quomodolibet abſtineri, ego enim aliquando quandam narrantem mihi adulterium ita, & ita cõmiſſum, audiui abſque Auctore: poſt multum verò temporis, cum eius oblitus iam eſſem, locutus eſt mihi ſimpliciter de illa tali perſona cum quibuſdam circunſtantijs, ex quibus eum fuiſſe Auctorē adulterij, facilè cognoui, quod nunquam alicui communicaui: Solent etiam ſimplices, dum narrare audiunt, quæ in confeſſionibus dicuntur, pertimeſcere, cum magno ſcandalo, cogitantes, nõ tam ſanctè recondi, quę illic narrãtur: & multo peius eſt, peccata reprehendere, ſermonizando, coram pœnitentibus; metuunt enim, ne eorum confeſſiones in publicum pateſiant, itaque confeſſor ſe cuſtodire debet, ut ſacrarium quoddam, ab humana conuerſatione ſemotum.

Monitio cõfeſſoribus facta.

Dixi (in confeſſione ſciens) nam ſi illud idem, quod in confeſſione nouit, alia etiam via ſciuerit, & ante iudicem in teſtem productus, depoſuerit, non erit fractor ſigilli; ſecundum D. Thom. in 4 diſtinct. 21 dummodo ita prudenter ſe gerat, ac ſi nunquam per confeſsionem talia habuerit; nam ſi adderet aliquod aliud per confeſsionem ſcitum, vel rem ita certitudinaliter deponeret, eo quòd illam per confeſſionem certius nouerit; quam alia via, non ita certa, eſſet ſigillum infringere. his ſubſcribit Sylu. verbo, Confeſſio 3. quæſtio. 5. & Nauar. cap. 8. num. 15.

Peccata in cõfeſſione audita, ſi per aliã uiam ſciãtur quomodo reuelari poßint.

Dixi (directè, vel indirectè) nam qui confitendo, diceret errorem factum à ſe in audientia confeſsionis alterius, per quod perſona illa in notitiã ſui cõfeſſoris venire poſſet, ſigillum directè infringeret; debet autẽ in tali caſu circunſtantiam illam tacere, cum intentione confitendi peccatum illud, quando habere potuerit confeſſorem, qui illam perſonam non cognoſcat, vt dictum eſt ſupra. Eundem errorem faceret ſi diceret, ille confeſſus eſt mihi quædã enormia peccata. Multi etiã ſunt qui incautè, & imprudenter loquentes indirectè hoc ſigillum uiolant; exempli gratia; Parochus negans in publico communionem parochiano accedenti ad cõionem cum cæteris, uel aliter, eo quod eum non abſolueràt, indirectè confeſſionem reuelat; dat enim intelligere, illum habere aliqđ graue peccatum, vel impedimentũ ob quod dignus Euchariſtia nõ eſt. Et multo peius faceret ſi coram aliis ei diceret, amice ſiſte gradum, non enim poteris cõicare, quia caſum reſeruatum habes, à quo te abſoluere non potui. Item qui pœnitenti committit, vt ſtatim à ſe diſcedens, talem pœnitentiam faciat; puta cadat vſque ad altare maius cum lingua terrã radendo, vel ſimile graue faciat, in idẽ incidit; dat enim per hæc intelligi, ut circum aſsiſtentes ſuſpicent, illũ fuiſſe Dei blaſphemum, vel aliquid graue facinus confeſſum fuiſſe. Item Scotus ponit caſum. Sacerdos iter faciens cum quibuſdam ſocijs, audiendo confeſſionẽ vnius, ex ea intelligit, alios ſocios eſſe paratos, eum interficere, cum nemus ingreſſuri erunt; ſi retrogreditur, & nollet cum illis nemus ingredi, indirectè confeſsionem reuelare videretur; vnde potius morti exponere ſe debet, quã ſe retrahere:

Circunſtantiã tacere quando liceat.

Confeſſores imprudentes. Confeßionem indirectè reuelantes.

Pœnitentiam in publico nõ licet præcipere.

Digitized by Google

trahere: hoc verum eſt quando aliter fieri non poſſet, nam ſi occaſionem aliunde haberet, cum prudentia, & aliqua apparenti fictione ſe retrahendi, ita ut non poſſet certo ſignificari, ſe illos relinquere tali ſuſpitione; tunc liceret. Item qui diceret, iſte confeſſus eſt mihi ſua peccata mortalia, confeſſionem reuelaret; poteſt enim homo ſine mortali aliquo confiteri, & ſi diceret, iſte confeſſus eſt mihi ſua venialia, vel non habet niſi uenialia, ſic in genere, fractor ſigilli non eſſet, nemo enim ſine talibus confitetur, niſi diceret aliquod veniale in ſpecie, quod non liceret. Et ſi diceret, iſte confeſſus eſt mihi ſua peccata; error non eſſet, idem enim eſſet, ac ſi diceret, iſte mihi confeſſus eſt, conſtat enim peccata eſſe materiam confeſſionis; vnde & de venialibus in communi intelligi poſſet. Item qui duorum confeſſionem audiendo diceret, iſte nullum mortale confeſſus eſt, alterum de mortalibus indirectè accuſaret: iſte pœnitēs eſt homo probus, alterum eſſe malignum ſignificaret. Item qui audiens confeſſionem publici concubinarij, vſurarij, ſeu alterius publici peccatoris, diceret, iſte confeſſus eſt mihi publica peccata ſua, erraret, quamuis enim nihil noui, aut occultum reuelaret, eo quòd ab omnibus ſunt ſcita: tamen ea ratione, qua in confeſſione illa audiuiſſe dicit, ſacramento iniuriam facit, ait Nauarrus cap. 8. nu. 10. Item, qui diceret, talis confeſſus eſt mihi, & ego eum non abſolui, confeſſionem indirectè reuelat; nam per hæc verba, illum aliquod graue habere, vel excommunicatum eſſe ſignificatur, propter quæ abſoluere non potuit, & multo peius eſſet, ſi cauſam diceret; puta, quia non eſt contritus, habet caſum reſeruatum, vſuras reſtituere non vult, & ſimilia. Sed quæritur, quid reſpondendum eſt, ſi interrogetur, abſoluiſti ne Petrum, qui tibi confeſſus eſt? vel qua de re eum non abſoluiſti? Reſpōderet deber, functus ſum officio meo. Item qui imponit grauem pœnitentiā publicam, uel quæ fieri non poteſt, niſi in publico, videtur indirectè aliquod graue, & enorme reuelare: ideo confeſſores in dando pœnitentias, caueant, ne ex eis aliquod peccatum aperiant: ſed vel occultè fiant, vel taliter in manifeſto, ut eas à cōfeſſore impoſitas, nemo ſuſpicetur; ſed potius ſua ſponte illas penitens eligere videatur, in ſuorum peccatorum ſatisfactionem, & aliorum ædificationem. Et ſi peccata fuerint publica, licebit ne publicas pœnitentias imponere? Aliqui tenet, quòd ſic, ſuffulti auctoritate Sacri Concilij Triden. Seſſ. 24. c. 8. de reformatione. Nauarrus tamē quo ſupra, modeſtè loquendo, credit, ſacrū Concil. nō loqui in foro merè pęnitentiali, ſed in foro mixto iudiciali, adhærendo iuri antiquo. cap. 1. de pœnitentia, ſignificando tamen Epiſcopis illam publicam, in ſecretam in foro interior. commutari poſſe, vnde perſuadet confeſſarijs, vt publicæ pœnitentiæ, ſi abſque detrimento ſigilli fieri poſſunt, dentur, aliàs minimè. Item Prælatus audiens in confeſſione ſubditi aliquid, per quod cognoſcit, illum non poſſe officium ſuum dignè exercere, nunquid poſſet eum priuare? Reſpondetur, ſi officium habet annexam iuriſdictionem, non poteſt ſine reuelatione confeſſionis: imò nec inquiſitionem facere ualet, occaſione confeſſionis: ſi autem officium non eſt de talibus, ſed amouibile ad libitum, vt eſſe procuratorem, ſeu œconomum, cappellanum, & huiuſmodi, quæ poſſunt auferri cum cauſa, & ſine cauſa; tunc eum priuare poſſet, non enim inde oriretur certa ſuſpicio confeſsionem reuelandi. Item Parochus ſciens in confeſsione tantum, aliquod legitimum impedimentum aliquorum parochianorum, circa matrimonium contrahendum; ſi ipſi venerint pro benedictione nuptiali, eos repellere non poteſt, aliàs confeſsionem reuelaret: ſed ſecreto ſuadere, ut abſtineant: ſi autem matrimonium eſt contractum; nihil contra ſigillum facere poteſt, niſi conſultare, vt conuiuant, vt frater, & ſoror. Item Epiſcopus, ſciens per confeſsionem tantum, ſubditum eſſe irregularem propter homicidiū uoluntarium,

Dubium.

Confeßores aduertāt Pœnitentiā publicā non eſſe dandam.

Digitized by Google

rium, ſi ille petit Ordines, quia tenet beneficium curatum, & nullam aliā cauſam habet, Ordines negandi, eum ordinare tenetur: aliàs eum indirectè proderet. Sed quæritur an confeſſor ſciens per confeſſionem tantum, aliquem eſſe excommunicatum, teneatur illum euitare? Reſpondet Scotus, poſt alios; in ſecreto ſine ſcandalo, tenetur, in publico non tenetur.

Caſus autem, in quibus confeſſor non peccat, reuelando, ſunt iſti. Primo poteſt aliquod peccatum in confeſſione auditum, de licentia pęnitentis reuelare alicui perſonæ, à pęnitente ſignatæ, cum legitima cauſa, ut inde aliquod vtile, & fructuoſum eueniat, ſecundum Supplem. Richardum, Roſellam, & alios: limita, ſecundum D. Th. Bonauen. & Paludanum, niſi inde ſcandalum orietur, quia tunc minimè liceret. Rationem aſſignant primi Doctores: licet enim ſigillum ſit de iure naturæ, & fiat in fauorem pęnitentis, ipſe poteſt ſuo iuri renunciare, ac etiam, committendo, vt reueletur, facit, vt illud ſub ſigillo amplius non ſit. Veruntamen dicunt aliqui, melius eſſet ſi de eo cum confeſſore extra confeſſionem loqueretur, vt ſecurius loqui poſſit; ſed hoc ſimpliciter non placet; poſſet enim confeſſor poſtea eum infamare ſine pœna, vnde tunc hoc mihi videtur licere, quando res non eſt periculoſa, vt ſciatur, & confeſſor vltra hoc obligetur ſub ſigillo ſecreti illud obſeruare, extra deſtinatas perſonas. Secundo non facit contra ſigillum confeſſionis confeſſor, dum audit confeſſionem Petri, & in illa intelligit, Marcellum complicem alicuius peccati; deinde audiendo Marcellum de tali non confiteri, ſi illum interrogat ſuper eodem peccato, ſiue in genere, ſiue in ſpece; dummodo ita prudenter ſe gerat, vt Marcellus non percipiat, illud à Petro audiuiſſe, aliàs non liceret. Vnde quam imprudenter egit quidam Confeſſarius, dum audiret confeſſiones aliquorum, qui ſimul comederant turdos die veneris, auditis tribus de eodem peccato cōfeſſis, accedenti quarto, præueniens dixit, & tu de illis es, qui turdos comediſtis die veneris? Tertio confeſſor audito aliquo graui peccato, ſuper quo neſcit ſe reſoluere, ſi peritum conſulit, quid ſuper eo agendum ſit, non uiolat ſigillū dummodo ſic prudenter loquatur, vt pœnitens in cognitionem conſultantis non veniat, cap. Officij, de pœnit. & remiſ. nam ſi dum ſedet ante pœnitentem ſibi confitentem, ſurgit à loco, & conſulit virum doctum ibi præſentem, quàm imprudenter ageret; proderet enim pœnitentem hoc modo. Hinc aduertant qui audiunt confeſsiones in Eccleſia maiori, vbi reſident pęnitentiarij; ne ita faciant: darent enim intelligere aſtantibus, pœnitentem, quem audiunt, dum ad pęnitentiarium pro licentia abſolutionis caſus reſeruati accedunt, aut pęnitentem mittunt, illum habere caſum reſeruatum, à quo non poterant abſoluere. Quarto, confeſſores ad inuicem loquentes, de confeſsionibus auditis, dum dicunt in tali loco, vel Ciuitate multa enormia peccata audiui, ibi multa mala cōmittuntur, & ſimilia, quamuis confeſsionem non violent, tamen ſi coram ſęcularibus loquerentur, imprudenter agerent: propter ſimplices, qui ſcandalizantur talia audientes: putant enim his, & ſimilibus verbis confeſsiones reuelari, & multo peius faciunt, ſi ridendo, dicunt peccata, quæ audierunt, aſſerentes, mulier hodie mihi confeſſa eſt tale peccatum, mercator nunc dixit mihi in confeſsione, feciſſe talem contractum, quidam miles talia feciſſe confeſſus eſt hodie, & ſimilia, per hæc enim verba facilè veniri poteſt in cognitionem pœnitentis. Vnde Innoc. valde reprehendit eos in Summa, de Pœn. & remiſ. §. In quo tenet.

Confeſſor in quibus caſib. poteſt reuelare peccatum.

Confeßoris imprudētia.

Confeßores aduertant.

Dixi (ſine magno ſacrilegio) nam pro pęna reuelationis ſacri ſigilli cōfeſsionis antiquitus ſtatutum fuit, vt confeſſor deponeretur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando incederet. cap. Sacerdos, de pœnit. diſt. 6. ſed quia peregrinatio non tam ſalutifera iudicata fuit, in Concilio Lateranenſi

Digitized by Google

nenſi mutata fuit in perpetuam pęnitentiam agendam in arcto Monaſterio.

Sigillum infringere ex nulla cauſa licet.

Dixi (pro quacunque re mundi) nam ſi peccata audita ſunt in confeſſione ſacramentali, vt dixi, nulli confeſſorum licitum eſt, præterquam in caſibus prędictis, confeſſionem reuelare, pro quocunque damno magno euitando, etiam pro hæreſiæ ſeminatione. Sententia eſt communis totius Vniuerſitatis. Theologorum, præterquam Altiſiodorenſis aſſerentis, cap. 4 de Confeſſione. Quando ex ſecreto confeſſionis magnum periculum Eccleſiæ immineret; de licentia Epiſcopi illud denunciare liceret. rationem huius aſſignat dicens, aliud eſt ſigillum infringere, quod nunquam licet, aliud eſt aperire, vt denuncietur, quod licet, vt in caſu propoſito. Quæ opinio ſicut non eſt vera, ita à nullo accepiatur, quapropter ſi ſacerdos viderit aliquem innocentem quacunque dignitate fulgentem ad ſupplicium capitis adduci, pro homicidio ſibi falſo impoſito, & ipſe ſciens per confeſſionem homicidij auctorem, poſſet eius innocentiæ occurrere, & à morte per confeſſionis reuelationem eum certiſſimè liberare, nullatenus ſibi liceret. Imò amplius ſi caſus iſte accideret in propria perſona confeſſoris, & alia via, quàm illa ſe protegere non poſſet; aut in quocunq; alio mortis periculo ſe videret, puta ſi à marito cuiuſdam matronæ, cuius confeſſionem audierat in ſiluam traheretur, & ibi minis mortis cum enſe ſupra pectus interrogaretur, an vxor ſua in confeſſione adulterium ſe commiſiſſe dixerat, potius mortem pro Religione ſubire tenetur, quàm ſigillum frangere. Idem dicendum ſi tyrannus, aut infidelis per mortis minas, quod in confeſſione audierat, extorqueret; ſed eum increpare debet tanquam ſacrilegum & Religionis inimicum, & potius, vt martyr vitam finire. Et ſi audiret per confeſſionem, magna pericula currere in Ciuitate, puta pęnitentem hoſti illam tradere promiſiſſe, vel hæreſim ſeminare, & per reuelationem ſigilli, iſtis occurrere poſſet, minime debet, ſed ſuadere pęnitenti, vt reuelet, & ſi ipſe eſt auctor, ut deſiſtat, qđ ſi non vult, Ciuitatis cuſtodes monere poteſt, vt inuigilent, & caueant pericula, quæ imminent, vel Epiſcopum, vt ſuper grege pro tali cauſa vigilet, ſi fieri poteſt ſine ſuſpicione reuelandi confeſſionem.

Non ſemper prodeſt reuelare peccatū abſolutè.

Nota.

Et quamuis hæc diligentia aliquibus optima videatur, tamen quandoque non erit ſine periculo, aut confeſſoris, ſic faciendo; aut alterius perſonæ, propter inſolentiam aliquorum Dominorum. Pro qua re nota caſus quos audiui: & primo à quodam Reuerendo patre Dominicano Mediolani accidiſſe: Magiſtrum Auguſtinum Mediolanenſem eiuſdem Ordinis audiuiſſe confeſſionem cuiuſdam ſeruitoris Marchionis, ſe velle interficere Dominum ſuum: de qua re, volens monere Marchionem, ut vigilaret ſuper ſe, torturam ab eo paſſus fuit, vt reuelaret quis nam eſſet auctor maleficij. Alium quoque caſum audiui: quidam confeſſarius, cum audiret in confeſſione à pęnitente, eius amicum parare inſidias contra ſacerdotem quendam, vt eum interficeret, renunciauit illi, vt ſuæ uitæ conſuleret, eſt enim in Ciuitate, qui animam ſuam quærit; quapropter ſacerdos ille excogitare cepit, quem in vita ſua offenderat, tandem ea ſuſpitione, auguratus eſt ſceleris auctorem, & cum apud multos amicos, verbis, & lamentationibus conquereretur, res ad aures inſidias parantis tandem deuenit: qua de re admiratus, amicum, cui ſecretum commiſerat, occidi iuſſit. In hoc caſu omnes errauerunt, primo errauit pœnitens, confitendo peccatum alterius, cuius non erat particeps, & quod peius eſt, perſonas nominauit, errauit & confeſſor, qui fuit indiſcretus, errauit denique ſacerdos, cui inſidiæ parabantur, rem per uiam confeſſionis perceptam per uicos, & plateas Ciuitatis ſeminaſſe. Item caſum his peiorem audiui in confeſſione: confeſſor quidam, audiens in confeſſione cuiuſdam pueri doli capacis, illum commiſiſſe peccatū libidinis cum puellis domus ſuę, rem ad patrem pueri detulit; vt puel-

Confeſſor indiſcretus.

Digitized by Google

vt puellas obiurgaret: qua re à puero cognità, tantus timor eum tenuit, vt duodecim annis inconfeſſus ſteterit, & ſi periculũ mortis tunc non accidiſſet ex quadam graui infirmitate, nec credo, confeſſus fuiſſet, & iam tunc vitam finiuit: Conſiderate igitur imprudentiam confeſſorum, ad quæ homines inducit. Et ſic de ſimilibus iudicandum eſt. Itaque non eſt fingendus caſus, in quo licitum eſſet ſigillum aperire, vel frangere.

Dixi denique (à quacunque perſona id peteretur) non enim inuenitur perſona, quæ ad hoc legitimè cogere ualet; imò nec Papa, ſi tale pręciperet, audiendus eſſet, etiam ſi ſub quacunque Anathematis pęna, id expoſceret, contineret enim intolerabilem errorem, & ideo non ligaret. Et ſi pro caſu, Eccleſia aliquod præceptum faceret, de manifeſtando ſecreto, nunquam intelligeret de ſigillo confeſſionis Sacramentalis, eſt enim de iure Diuino prohibitum, ut dictum eſt, ſuper quo Eccleſiæ diſpenſatio cadere non poteſt, vt communis ſchola Theologorum affirmat, & Sotus in 4. diſt. 18. q. 4. art. 5. notat. de qua re non eſt timendum, ut in re tam Religioſa, & neceſſaria in Eccleſia fidelium daretur occaſio, vt homines à tali Sacramento ſe retrahere poſſent, vt in caſu recitato vidiſtis.

Nec Papa poteſt præcipere ut cõfeßio reueletur.

Sed hic dubitatur, an ſacerdos in teſtem productus ante Iudicem, ubi iurare cogitur, veritatem dicere teneatur? Nam uidetur, quod ſic: nemo enim conſcientiam propriam offendere tenetur, ut alterius famam ſeruet: qui autem ſub iuramento de talibus interrogaretur, negando, quod in confeſſione audierat, periurus eſſe videretur. Dubium hoc duplicem ſenſum habere poteſt, ſcilicet ut interrogetur in particulari, puta an ſcis per confeſſionem Petri eum interfeciſſe Marcellum? Hæc interrogatio ſacrilega eſſet, & tanquam ſacrilegus increpandus, & reprehendendus eſſet Iudex, dicendo, non oportet de hac reſpondere tibi; ſi autem interrogetur in generali, puta prætenditur, Petrum interfeciſſe Marcellum, quid de hoc ſcis? Reſpondet Richar. in 4. diſt. 21. art. 4. q. 1. dicens, ſacerdotem in tali caſu non mentiri, ſi iurando dicat, hoc ſe neſcire, nam ea, quæ ſcit in confeſſione, nouit ut Deus, & non ut homo, prout interrogatur, declarat hoc, exemplo Angeli Exodi 20. qui loquebatur Moyſi in perſona Dei, Dicendo, Ego ſum Dominus Deus tuus. Scotus eadem diſt. refellit hanc rationem dicens; ſacerdos, quæ in confeſſione audit, etiam ut homo, in propria perſona audit, dũ enim dicit, ego te abſoluo, non profert illud in perſona Dei, ſed in perſona propria, quamuis auctoritate Dei. Gabriel Biel eadem diſt. ar. 3. intelligens hoc dictum Scoti ſimpliciter, ne impingeret in aliud extremũ, ait, ſi negando mentiretur, & affirmando, ſigillum uiolaret, igitur neutro modo ſe habere debet, ſcilicet tacendo, & ſi eius ſilentium Iudici ſuſpitionem daret, quid ad ſe; qui enim ſilet, nec affirmat, nec negat? Sotus in 4. diſt. 18. q. 4. art. 1. hanc reſponſionem non approbat, dicens, dum legitimè ſuſpitioni iudicis occurri poteſt, euitari debet, ne fiat. Vnde cum D. Th. in 4. reſpondet, fugiendo duo extrema, dicens. Loqui in perſona alterius, dupliciter intelligi põt, uel induendo perſonam, & uocem illius, puta Petrus loquitur in perſona Chremetis, induendo & repręſentãdo eius perſonã, ut laruati facere ſolent, & hoc modo loquebatur Angelus. Vel loquitur per auctoritatem, & poteſtatem alterius, puta dum prætor profert ſententiam, aut præcipit, aliquid, loquitur in perſona Regis, i. ſecundum poteſtatem Regis; & hoc modo loquitur ſacerdos in cõfeſſione, unde in propoſito dicitur, quę audit ſacerdos in confeſſione, non dicitur illa ſcire ut Deus, ad modum Richardi, nec ut homo tm̃, ut ſonãt uerba Scoti, ſed ut homo miniſter Dei, unde partim ut homo, partim ut Deus illa ſcit, & ſic Iudici reſpondere poteſt, ſe illud neſcire, dicendo poſt ea intra ſe, ut dicã, illud enim neſcit, niſi ut Deus, ad hũc ſẽſum, ſcilicet, ſcit eo fine, quo ſcit Deus,

Dubium.

Confeſſor an periurus eſſet negando id iuramento, quod in confeßione audierit.

Richar.

Confeſſor quæ ſcit in confeſſione, ut Deus ſcit.

Gabriel.

Sotus.

Confeſſor quæ audit in confeßione quomodo ſciat.

Scire pe.cata ut Deus, quo ſenſu intelligendum ſit.

Deus

Deus autem noſtra peccata confeſſa noſcit,non vt in opprobrium ducat,ſed vt obliuioni tradat,iuxta illud Prophetæ,ſi peccator egerit pęnitentiam, omniũ iniquitatum eius non recordabor amplius, ita confeſſor noſcit illa in iudicio Dei,non autem vt manifeſtet,ac etiam ſimile illi ſenſui,Marci 13.De die illo nemo ſcit,neque filius hominis,quomodo filius hominis neſcit illum, ſi alibi ait:quidquid nouit pater,nouit filius:& alio loco:omnia tradita ſunt mihi à patre;ſed intelligitur ad hunc ſenſum,ſcilicet,Chriſtus tunc erat in terra pro fine redemptionis,pro quo fine non expediebat nobis ſcire diem iudicij,ideo dicit, ſe illum neſcire,vt redemptor,ideſt vt manifeſtet in hac vita mortali, ſed vt iudex venturus,& tunc manifeſtaturus.

Filius hominis, quomodo neſcit diem iudicij.

Notent quoque confeſſores,dum ſunt ante conſpectum ſuperiorum,deſiderantium ſcire delicta ſubditorum, ne vacillent, aliqua verba imprudenter proferendo,aut ſigna faciendo, per quæ illi arguere poſſint veritatem delicti, quod inquirunt, cordi habentes verba illius Decretalis ſuperius citatæ,quæ dicit:Caueat ſacerdos,ne verbo,aut ſigno,aut alio quouis modo prodat,nam ſolent aliqui iudices affecti auaritia, aut moti vindicta,inquiſitiones,aut extorſiones quaſdam facere, vt ſaltem aliquo ſigno intelligant, quod quærunt. Et hæc de ſigillo.

Nota confeſſor.

Secundo,quando pęnitens eſt excommunicatus. Sed de hoc eſt duplex opinio.Caietanus verbo,abſolutio,& Nauar.in Manuali Latino,cap.9.num.3.dicunt abſolutionem impenſam excommunicato de peccatis, antequam ab excommunicatione abſoluatur,regulariter valere, quia licet huiuſmodi abſolutio ſit iure prohibita,& illicita,nullo tamen iure ſancitum inuenitur,eſſe nullam,multa namque fieri prohibentur,quæ facta tenent,& multis alijs rationibus hanc opinionem tuentur. ex eo maximè ait Nauar. ſi excommunicatus ignorat, aut non aduertit ſe eſſe excommunicatum, ſiue ignorantia iſta,& inconſideratio fuerit culpabilis, ſiue non, & ſi exploratum habuerit ſe excommunicationis vinculo innodatum eſſe, abſolutionem petendo dum confitetur,putat ſe bona fide non peccare,illam valere ſentit,ita ut non teneatur confeſſionem reiterare, ſed tantummodo vt ab excommunicatione abſoluatur:ſecus autem ſentiendum,dicit de illo,qui ſe eſſe excommunicatum ſciens & abſolutionem à peccatis procurans, mortaliter peccare, non ignorat,tunc enim inanis eſt abſolutio,non quia impenditur ſcienter excommunicato, ſed quia excommunicatus ponit obicem,ideſt accedit cum conſcientia peccati mortalis,quæ obijcitur gratiæ Dei.

Ex defectu excommunicationis. Opinio Caietani.

Richardus in 4.diſt.18.art.9.q.4.diſtinguit:ait enim,qui iuſtè excommunicatus eſt, & per eum ſtat,ꝙ ab excommunicatione non abſoluitur, non eſt dubium,ꝙ non poſſit à peccatis abſolui,excõicatione manẽte, quia talis actu eſt in peccato mortali, de quo non pęnitet,quia ſententiam Eccleſiæ contemnit, qui aũt iniuſtè excommunicatus eſt,ut iuſtè,ſed per eum non ſtat,ꝙ non abſoluatur,non eſt ita clarum,quia Decret.24.q.1.cap.quicunque,loquitur de illis,qui ſe ab vnitate fidei,vel ſocietate Petri ſemetipſos ſegregauerint, qui.n. iniuſtè excommunicatus eſt,& ille qui facit poſſe ſuum,ut abſoluatur, iſti ſemetipſos non ſegregant, tamen credo, ꝙ tales à peccatis non poſſint abſolui ab homine,quamuis abſoluantur,ſi verè pęnitent,in iudicio Dei:Decretum.n. ex conſuetudine, quæ eſt optima legum interpretatio, ſic obſeruatur,vt tales non abſoluantur.hæc ille. Ex his verbis habetur vnum clarum,& alterum obſcurum, clarum eſt hoc ſcilicet,ꝙ Canonicè procedendo, nemo eſt abſoluendus à peccatis, excommunicatione remanente. alterum eſt ꝙ ſi hoc attentatũ fuerit,ſit ne verè abſolutos,an non manifeſtè non apparet ex eius verbis vnde Summa Angel.interpretatur eum,ꝙ ſic. Syluester autem colligit ex eo,ꝙ non.

Opinio Richardi.

ideo

Digitized by Google

Ideo ponitur altera opinio Sylueſtri,& quàm plurimorũ,quos refert Verbo, Confeſſor.3.§.8.oppoſitum tenentium: cuius rei ratio ab excommunicationis definitione deſumitur: ſcilicet, Omnis excommunicatus à paſsiua Sacramentorum communione priuatur, propter quod ad ſuſcipiendam etiam abſolutionem peccatorum inhabilis efficitur; igitur. *Opinio Sylueſtri.*

Nec ualet inſtantia de alijs ſacramentis ab excõmunicatio ſuſceptis,ſcilicet ipſa ſortiri ſuũ effectum,vt de Matrimonio,& ordine:quia in illis materia eſt quid extrinſecum,& ideo forma cadens ſuper materiam debitam,ſuum producit effectum. Sed in ſacramento Pœnitentiæ, materia ſunt actus pœnitentis, qui inualidantur per excommunicationem, ideo abſolutionis forma,non ſortitur ſuum effectum.Hæc opinio eſt quoq; D.T.quem ſequitur etiã Sotus in 4. diſt.22.quæſt.1.art.1.Et ita tenẽdum eſt: videlicet, ſi peccator ſiue ignoranter, ſiue ſciẽter à peccatis abſolutionẽ ſuſceperit, antequam ab excõmunicatione abſoluatur, nihil facit.Quod dicendum de illo qui inuincibiliter ignorat ſe incurriſſe pœnã excõmunicationis? Dicitur,quod ignorantia inuincibilis facit, vt talis non incurr[at] pœnam excommunicationis,ideo de hoc non eſt curãdũ.

De conditionibus Confeßionis.

VT autem plenius ſciatur,quando Confeſsio erit valida,& quando non: ita vt etiam ſit reiteranda:conuenienter duxi,hinc intexere illas conditiones, & qualitates, quę circunſtant confeſsionem, quę ſecundum omnes ſunt ſexdecim contentæ in his verſibus. 19

Sit ſimplex, Humilis, Confeßio, Pura, Fidelis.
Atque Frequens, Nuda, Diſcreta, Libens, Verecunda.
Integra,Secreta,Lacrymabilis, Accelerata.
Fortis,& Accuſans,& ſit parere parata.

Quę conditiones ſunt per ordinem declarandę,& particulariter notandę illæ,quæ ita neceſſariæ ſunt,quod ſine illis confeſſio valida non erit.

Simplex, dicitur, quia non niſi uerba, quæ ad peccati explicationem attinent,exprimi debent;ſine aliorum iniuria: reiecta multiplicitate verborum,& circũſtantiarum impertinentium, ut facere ſolent quidam ſcrupuloſi, credentes non ſatisfacere confeſſioni,niſi totum proceſſum negotij, vna cũ peccato dicant,explicantes tempus,locum,verba, quæ interpoſita fuere, & quandoq; perſonas,ſine neceſsitate eas infamãdo,quod non licet:niſi quando aliqua circunſtantia neceſſaria explicanda eſt, ſine cuius perſonæ explicatione, illa circunſtantia dici non poſſet,ut ſuperiùs notaui.

Humilis dicitur; quatenus pœnitens cum quadam abiectione accedens,decorat confeſſionem:Sed ſi intelligas, quòd peccatum humiliter narretur, quatenus eſt peccatum,neceſſaria eſt.

Pura,dicitur,ut excludatur intentio ſiniſtra, ideſt, non fiat aliquo ſine mortali,ſed ex electione,propter finem eius,ſcilicet,ut homo ſe accuſare intendat coram Deo,ſpe veniæ obtinendę:& hoc modo hęc conditio eſt neceſſaria,extra quem finem non dicetur confeſsio Sacramẽtalis,& ex conſequenti confeſſarium non teneri vinculo ſacri ſigilli celare, quę in tali confeſsione audiuit, quamuis illa teneatur celare, ſub ſigillo ſecreti, de quare ſatis ſupra locuti ſumus in materia de ſigillo.

Fidelis,ideſt verax, ſine falſitate,addendo,vel minuendo;& hęc conditio eſt neceſſaria. Circa quã cõditionem ſunt aliqua notanda:& primo circa peccata mortalia.Qui mentitur in cõfeſsione addẽdo,vel notabiliter mutãdo aliquod mortale,peccat mortaliter:quia iniuriã facit ſacramento,& ſeipſum infamat, attribuendo ſibi malũ,qđ non fecit.Niſi affirmaret pluſquã deliquit, non ani- *Mentiens in confeſsione, quando peccet mortaliter.*

mô decipiendi confeſſorem; aut irridendi ſacramentum; ſed cauſa humilitatis, ſe nimis accuſando; iuxta illud Gregorij. Bonorum mentium eſt, ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt: verum qui negat in confeſſione aliquod peccatum mortale, aliàs legitimè confeſſum, non peccat mortaliter. Secundo, circa uenialia, qui mentitur in confeſſione, animo illudendi, aut irridendi confeſſorem, peccat mortaliter.

Tertio, qui confitendo, dicit vnum ſolum ueniale, quòd non fecit, mentiendo, & nullum aliud verum dicit, peccat mortaliter, non ratione mendacij venialis, ſed ratione irriuerentiæ, quam facit ſacramento. Nauar. cap. 21. num. 37. In cæteris alijs caſibus, mentiri circa venialia, eſt peccatum veniale. Sotus in 4 diſt. 18. quæſt. 2. artic. 4. Quamuis Caiet. 2. 2. quæſtio. 69. ar. 1. in reſponſione ad 3. oppoſit. dicat, in quo caſu non teneatur.

Frequens, hæc conditio non eſt neceſſaria, niſi quando urget præceptum Eccleſiæ, aut caſus neceſſitatis, de quo in quarta parte, in tractatu de Sacramentis latius loquemur, cæterum autem eſt de conſilio.

Nuda, dicitur, quia non debet verborum obſcuratione velari, ita, ut ſacerdos non percipiat peccati naturam, qualitatem, & ſpeciem propriam, ac certitudinem. Dixi (naturam) non enim ſufficit dicere peccaſſe, & Deum offendiſſe, ſed quod peccatum propriè cõmiſit: ſcilicet Superbię an Luxuriæ. Dixi (qualitatem) non enim ſufficit dicere, habui quendam motum ſuperbiæ, aut concupiſcentię, uel proximum odiui, aut contra eum murmuraui, ſed dicere oportet, ſi motus ille ſuperbiæ fuit imperfectus, ex leuitate, an perfectus ex electione, & animo firmato, cum proximi contemptu; ſi motus concupiſcentię fuit inaduertenter, aut à volũtate imperatus, cum delectatione, & ſi fuit ſubitus, an cõſentiendo, an reſiſtendo. Si odiũ fuit firmum, an per modũ tranſeuntis. Si murmuratio fuit de re leui, & quibuſdam imperfectionibus, an cum detractione famę, ut ex his qualitatibus, & circũſtantijs confeſſor iudicare poſſit, quãdo huiuſmodi ſunt mortalia, & quando venialia: ſcitis enim, vt ſupra tetigimus, huiuſmodi peccata, etſi ſua natura ſint mortalia, ex imperfectione tamen actus, & defectu deliberationis, ſunt venialia. Dixi (propriã ſpeciẽ) neque enim ſufficit dicere naturam peccati in genere; ſcilicet peccaui peccato Luxuriæ: ſed in qua ſpecie dixi peccati, puta ſi fuit ſimplex fornicatio, vel adulterũ, nec ſufficit dicere, peccaui contra naturam, ſed quo modo, in qua ſpecie, ſcilicet ſi cum ſexu fœminino, maſculino, vel aliàs, vt in peccato Luxuriæ ſupra adnotauimus, liberè explicando qualitatẽ, & ſpeciem peccati, & non tegendo, quod accidere ſolet, quãdo pœnitens verecũdatur enormitatem peccati, & maximè ſi eſt mulier, nõ animaduertẽs, quod confitetur Deo principaliter, qui omnia nouit, deinde homini fragili, vt ipſe eſt, qui errat, uel errare poteſt. vt cæteri peccatores, & ſi fortè iuſtus eſt, gratia Dei eſt, id, quod eſt: vnde pęnitentis peccata non moleſtè feret. Euomat igitur libenter quod intus habet, vt ſanetur, & iuſtificetur, apud Deũ; Hinc Origenes ſuper hoc propoſito ait: Fortaſſis ſicut ij, qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam, ſtomacho grauiter imminentẽ, ſi vomuerint, releuantur, ita etiam illi, qui peccauerunt, ſi occultãt & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus vrgentur, & propemodum ſuffocãtur, ab humore peccati, ſi autem ipſi ſui accuſatores fiant, dum accuſant ſeipſos, & confitentur, ſimul euomunt delictum, atque omnes morborum digerunt cauſas. Verum prudens confeſſor interrogare tenetur circa prædictas circunſtantias neceſſarias; & cum verecundis mulieribus aſtutè ſe gerere debet, in examinando: quia in hac conditione requiritur circunſtantiarum neceſſariarum confeſſio Nota tamen hic quæ ſuperius dixi: & in quo caſu licet aliquam circunſtantiam, neceſſariam in confeſsione celare, & pro alia confeſſione relinquere.

Imperfectio actus facit peccatum eſſe veniale.

Pænitens dicat libenter peccatum ſine verecundia.

Nota.

Diſcreta.

Diſcreta, dicitur, quia diſcretum, & idoneum confeſſorem eligere debet. Vel dicitur diſcreta, vt qui confitetur, ſciat quid ſciat; debet enim ſtudioſus operari ſciens, quæ conditio eſt ita neceſſaria, q̃ ſi aliquis, vt fatuus ſua peccata propalaret confeſſori, neſciens quid faceret, non eſſet confeſſio: ſi autem diſcretã, ſumas, ut peccata maiora, & minora, pęnitens ita diſcernat, vt omnia ponderet cũ quadam diſcretione, non eſt neceſſaria; quia ruſtici hoc facere non valent.

Libens, dicitur, vt pęnitens ſit eligens confeſſorem, & non ſit ductus aliquo timore, aut, vt non taxetur ab aliis, aut vt non infametur, aut vt non excommunicetur, ita quot aliis non confiteretur, & hoc modo eſt neceſſaria In quo caſu aduerte, quod hoc ſolum non ſufficit ad inualidandum confeſſionem, multi enim confitentur talibus occaſionibus ducti, & ſatisfaciunt pręcepto, ſed oportet addere, ut occaſio principalis ſit talis, vt moueat ita ad confitendum timor, infamia, & ſimilia, quòd pluris facit illam, quam confeſſionem, & abſolutionẽ. in quo caſu non ſatisfacit præcepto, & tenetur reiterare confeſſionem. ſecundum Nauar. cap. 1. num. 40. Si autem libens ſonat quandam promptitudinem animi, eſt tantum ornamentum.

Verecunda debet eſſe propter turpitudinem peccati, ex quo cauſatur horror eius; nam ſi homo narraret ſua peccata per modũ iactantiæ, & non aliter, non eſſet confeſſio. reliquus autem pudor eſt ad ornamentum.

Integra, ponitur, vt nihil ſubtrahatur eorum, quę ſunt neceſſaria ad cõfeſſionem, ſ. vt omnia peccata mortalia, cum ſuis circũſtantijs neceſſarijs vni cõfeſſori dicantur. Dixi (omnia) regulariter loquẽdo; quia q̃nque licet aliquod mortale, relinquere in confeſſione, ſine vitio integritatis: quando autem hoc accidat, vide ſup. in eod. c. Dixi quoque (vni confeſſori) pro quo nota. Non licet pęnitenti confiteri medietatem peccatorum mortalium, nunquam aliàs confeſſorum vni confeſſori, & aliam medietatem alij. lib de vera, & falſa pœnitentia. Can. conſideret, de pœnit. diſt. 5. vbi habentur hæc verba: Cautus ſit pęnitens ne uerecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionẽ, ut diuerſa peccata uelit diuerſis confiteri ſacerdotibus, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere. Dixi (mortalium) quia venialium poteſt diuidi confeſſio, ut aliqua confiteantur, & aliqua non: quia cum non ſint materia neceſſaria confeſſionis, eo q̃ non tenemur ea confiteri, poſſumus pro libitu noſtro ſubiicere confeſſori, ea quæ uolumus. Dixi nunquã aliàs cõfeſſorum; quia, quæ ſemel legitimè cõfeſſi ſumus, poſſumus pro libitu noſtro, aut omnia, aut aliqua confiteri, ac ẽt partem vni, ac partem alteri, poſſunt tñ omnia vni confiteri diuerſis temporibus: puta qui uult facere confeſſionẽ generalem, aut qui non eſt confeſſus per quinque, aut ſex annos, & habẽs magnam ſarcinam peccatorum, non cõfidens confiteri omnia ſimul; poteſt confiteri aliqua hodie, aliqua cras, & ita per totam hebdomadam, ſecundum oportunitatem, & in fine ſuſcipere abſolutionem omnium. *Notat*

Quantum autem ad peccata ſuperiori reſeruata. Non licet pęnitenti cõfiteri peccata non reſeruata ſolum inferiori, & ab illis abſolutionem petere; deinde confiteri ſuperiori reſeruata tantum. ut ab illis eum abſoluat, non n. eſt cõfeſſio integra, cũ non omnia uni dicantur. Neq; licet reſeruata, & non reſeruata uni confiteri, ut ab omnibus abſolutionem petat, deinde adire ſuperorem, qui etiam omnia audiat, & illorum ab omnibus abſoluat. non enim cogendus eſt, ut bis confiteatur, nec inferior poteſt ab omnibus abſoluere, quia ſi poſſet, nõ opus eſſet ad ſuperiorem eum mittere, ut etiam integrè audiat, & abſoluat. *Peccata reſeruata quomodo cõfiteri debeant.*

Modus autem tenẽdus, quem eccleſia cõiter obſeruat, eſt iſte, uidelicet, ut pęnitens integrè confiteatur inferiori, qui eum ab oĩbus non reſeruatis abſoluat: deinde imponat illi ut ſuperiorem adeat, cui tãtum reſeruata manifeſtet, & ab illis abſoluatur. Nec ꝓpea diuiditur ſacramentum, per duas abſolutiones, ut ali

Digitized by Google

qui tenent, nam inferior, qui prius abſoluit, directè abſoluit à quibus poteſt, ſ. à non reſeruatis, conſecutiuè autem à reſeruatis, vnde ſecunda confeſſio, & abſolutio eſt prioris perfectio, & ideo dicitur vnum ſacramentũ, vt perbelle diſputat Sotus in 4. diſt. 18 q. 2. art. 5. Celeberrimus aũt modus obſeruandi, & omni ſcrupulo carens eſt, vt confeſſor ſuperiorem adeat, vt facultatem ſuper talibus reſeruatis ei faciat, & remedium ei præbeat opportunum, vel ſi adire ipſe non poteſt, aut ratio ſuperiorem cogit, non committendi facultatem ob grauitatẽ delicti, audita omnium confeſſione, mittat eum ad ſuperiorem, vt de remedio opportuno, deinde ab excõmunicatione eum abſoluat, ſi opus eſt, de reliquis remittat ad inferiorem, vt ab omnibus peccatis, finita confeſsione, abſoluat.

Secreta, iſta conditio eſt ita omnino neceſſaria, vt ſine ipſa ſacramentum pęnitentiæ, non poſſet ſuſtineri in Eccleſia, quamuis non ſit de eſſentia, contra opinionem Franciſci de Maiorone in 4. diſt 20. Dico (non eſt de eſſentia) nam in primitiua Eccleſia quandoque confeſſiones in publico fieri permittebantur: legimus enim dum ſanguis Chriſti feruens erat, & familia Chriſtiana in ſynceritate, & candore vitę uiuebat; ſi quis fortè delinquebat, tanta erat pęnitentiæ uis, & dolor, de offenſa Dei, ut ad ſui correctionẽ, & aliorum ædificationem, in facie Eccleſiæ peccatum ſuum purgabat. Vnde Origenes ſuper Pſal. 37. laudãs eorum deuotionem, ſic alios hortatur: Si intellexerit tuus ſacerdos, & præuiderit, talem eſſe languorem tuum, qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſsis etiam cæteri ædificari poterint, & tu ipſe facilè ſanari, ſatis conſilio illius periti medici, procurandum eſt. Ex his colligitur, tunc temporis aliquos, conſilio confeſſoris, ſua in manifeſto peccata cõfiteri ſolitos. Creſcente poſtea hoĩum malitia, peccata quoq; creſcere cęperũt, & in numero, & in grauitate: Vnde homines abhorrentes ſua ſecreta ſcelera propalare, à confeſsione ſe retrahebant. Hinc Leo Papa primus, hunc morem, tanquam abuſum aboleuit, vt habetur de pœnit. diſt. 1. Can. Quamuis, ſcribendo ad Epiſcopum Campanię, habet hæc verba: Illã contra Apoſtolicam regulam, præſumptionem, quam nuper audiui à quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoueri, de pęnitentia, videlicet, quæ à fidelibus poſtulatur, ne de ſingulorum genere libellis ſcripta confeſsio publicè recitetur, cum reatus conſcientiarũ ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicare confeſsione ſecreta, quãuis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur, tamen, quia nõ omnium huiuſmodi ſunt peccata, ut ea, qui pęnitentiam poſſunt, non timeant publicare remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi, à pęnitentiæ remedijs arceantur, dum, aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, pro quibus poſſunt legum conſtitutione percelli. Hinc ſume neceſsitatem ſecreto confitendi temporibus noſtris.

Nota. Nota, qui audiret multos pueros doli capaces ſimul in confeſsione, peccaret mortaliter, vt dicit Sylu. verbo confeſsio, 3. & Nauar. c. 8. nu. 15. nã poſtea dicerent aliis pueris peccata ſolum quæ audirent in confeſsione, in caſu tamen neceſsitatis, ait Richardus poſſet duos ſimul audire, dum mortis periculum ambobus immineret, & unus alterum expectare non poſſet.

Lachrymabilis. Iſta conditio ſi referatur ad lachrymas cordis, ut ſit uera deteſtatio peccatorũ, eſt neceſſaria, arguit enim contritionem. Si autem referatur ad lachrymas ſenſus, ornamentum eſt: non enim eſt in poteſtate noſtra, illas habere.

Aduertẽdũ. Accelerata Iſta conditio eſt de conſilio, aduertendum eſt tamẽ circa hoc, ꝙ quamuis præceptum de confitendo, nos non cogat niſi ſemel in anno, idq; fieri, vt mos eſt in vniuerſali Eccleſia, tpe Quadrageſimæ: tamen illam differre

vſque

Digitized by Google

vſque ad hebdomadam Sanctam, ſine animæ periculo, & detrimento ſalutis non eſt. Primo illa procraſtinatio arguit inſufficientiam doloris, & fortè nullā contritionem: nam ita tepidè accedunt ad confeſsionem, vt ſi nunquā tale tempus accederet, nunquam forſan confiterentur. Secundo, cum ſacerdotes illis diebus diuinis vacent officijs, & ex multa audientia confeſſionum villicorum, & laborantium, qui alio tempore ad hoc vacare non valent, defatigati, aut à multitudine aſtantium oppreſſi, pęnitentibus confitentibus, benè ſatisfacere non valent: accedit, & auaritia aliquorum Confeſſorum, qui, vt facerent plures eleemoſynas, quàm cęteri alij, dictos pęnitentes, vt citò expediant, examinare, & reprehendere non curant. Quo fit, vt illis diebus, multi potius confundantur, quam confiteantur: quorum multi ad me venerunt, & iterum confeſſi ſunt, eo quod minimè illis ſatisfactum erat. Et ſi, quod abſit, aliquis callidè vſque ad illam horam, confeſſionem differret, vt confeſſor propter temporis anguſtiam, eum non ſatis moleſtaret, inanis eſſet ſua confeſſio. Et quod dico de ſæcularib. tempus anticipare valentibus, intelligitur quoque de Monialibus, tempus ratione præcepti earum à Regula ſtatutum, differentibus. Tertio, quod peius eſt, ſi tempus, quo extat præceptum de confitendo tranſire permittunt, manentes in peccatis, multis malis aggrauantur, & multis bonis defraudantur, vt loco ſuo dictum fuit; quod ſi oculis mentis aſpicerent, proculdubio, potius à peccatis mundari, quam à lepra corporali, liberari ſatagerent. Quarto aliud damnū multo peius ſe offert, homini namque, qui pęnitere procraſtinat, accidit, ſicut qui rem ſuam Iudæis pignorauit, quanto plus pignus reprimere differt, tanto magis vſuram creſcere ſinit, unde ſucceſſu temporis, res illa tota in vſuram cedit, itaque ſerò damnum aduertens, illam amplius recuperare non valet. Ita infelix homo, dum in peccato mortali manet, animam Diabolo in pignus dedit, in cuius poſſe, quanto plus pęnitere moratur, tanto magis creſcit peccatorum habitus, & Diabolus vigoratur, donec eum perire faciat, nam etſi Diabolus ad peccandum nos cogere non valeat, ſed ſuadere, & abducere, nos tentare curando, maximè circa ea, ad quæ proni ſumus, vel naturali inclinatione, uel habitu deprauato: tamen ſi nos tales inuenerit, facilè vincet. Itaque continuādo, peccatū ſupra peccatum ædificabit, ac adeo aggrauabitur, vt nō ita facilè reſurgere poterit: & timeo, ꝙ cōe auxilium, cunctis præſtari ſolitum non ſufficiet: ſed efficaciori indigebit, velut Matthæus, Magdalena, & Paulus: Igitur confeſſio accelerata vtilis eſt. Quinto, qui confeſſionem procraſtinat, maximū periculum currit, ne dum infirmatur, ſine pœnitentiæ Sacramento moriatur; multi enim, vt nōn contuibent ægrotum, de confeſſione loqui non audent, procraſtinantes illam ſub ſpe, quod melius habebit: Vnde accidit, ita infirmitatem aggrauari, vt ægrotus à ſanis ſenſibus amoueatur, & non amplius rectè cognoſcat, quid faciat: vel ſi in lecto per multos dies manſerit, dum poſtea à medico ſuadetur, vt de animæ ſalute diſponat, in deſperationis articulum incidit; vnde facilius mortis periculum currit. Et dum parentes de ſalute corporali, conſilio medici, deſperati ſunt, tunc accelerant quæ poſſunt: in quo caſu ægrotus, ita malè ſatisfactus è uita decedit, ut de ſalute animæ dubitetur. Itaq; illam accelerare, quam maximè animæ præſtat. Et denique illud eſt peius, ut ſi dum aduertunt ægrotum moriturum, & aliquod breue tempus diſponendi pro anima habent, illud conſumunt in diſpoſitione bonorum, teſtamentum condendo, & non animæ, illum confiteri faciendo, hæredes enim potius notariū, quam confeſſarium vocare ſtudent. Igitur, quam ſalutiferum eſt in omni caſu, confeſſionem accelerare. Hęc, & alia conſiderans Conciliū generale ſtatuit, ut medici uocati ad infirmos, debeant ante omnia inducere infirmum ad cōfeſſione ſub anathematis pęna. vt habetur c. cum infirmitas, extra de pęn. & remiſ.

Confeßio è accelerare, quam ſit utile.

Auaritia Cō feſſorum.

Malitia quorundam pænitentium.

Damnū quod ſequitur ex confeßionis dilatione.

Diabolus nō poteſt cogere, tamen multū praualet in habituatis in peccato.

Fortis

Digitized by Google

Fortis,hæc conditio ſi accipitur, vt homo immobiliter operetur, ſcilicet vt nullo impedimento vincatur,quin confiteatur,quando oportet,eſt neceſſaria: ſi autem fortis accipitur,ideſt animo virili,& ſtrenuo fiat,eſt ornamentum.

Aduertẽdũ. Accuſans Iſta conditio ita eſt neceſſaria, quod ſi pœnitens ſe excuſaret, aut laudaret peccatum perpetratum,non eſſet verè pœnitens. Et in hoc aduertãt confeſſarij,ſolet enim accidere,dicendo,non potui aliter facere; oportebat illum occidere pro meo honore; vel melius eſt ingredi ad meretrices, cum ſim iuuenis,quam peius facere,& ſimilia verba ſe excuſando. Itaque ſi in iſtis verbis perſiſtunt,non ſunt digni abſolutione.

Parere parata.Pœnitens ita debet parere & obedire mãdatis cõfeſſoris,claue nõ errante,ſicut reus Iudici, vnde reſiſtentia argueret ſuſpitionẽ incõtritionis.

Dubium. Sed hic quæritur, ſi pœnitens non vult parere ijs, quæ legitimè à confeſſore imponuntur,ſit ne abſoluendus?Reſpondetur diſtinguendo.Si negando pœnitẽtiam ſibi impoſitam oſtendit ſigna incontritionis,tunc nõ eſt abſoluendus: & multo minus,ſi malè ſentit de ſatisfactione,ac eius fructu; quia eſſet excõicatus,vt in Sacro Conc.Trid.loco ſuperius citato. Et propterea Confeſſores cauti eſſe debent,ne prius abſoluant pœnitentem, deinde iniungant pœnitentiam. *Admonitio confeſſoribus facta.* Sed prius debent pœnitentiam iniungere, deinde abſoluere gaudendo,vt illam adimpleant in gratia,quia ſi illa faciunt in peccato mortali exiſtentes, dubiũ eſt ſi eis proſit.Dico (dubium eſt) propter varias Doctorum ſententias, de hac re differentium.Vnde ſi antequam pœnitentiam expleuerint,in aliquod mortale lapſi fuerint,ſtatim illud confiteantur,deinde pœnitentiam compleant.

Si autem piè reſpondet,& deuotè dicit,illam non poſſe,aut nolle facere, ẽt vnum Pater noſter,(quod rariſſimè,aut nunquam,credo accidere poſſe,)ſed illam adimplere,vel per indulgentias,aut bona opera faciendo, vel poſt mortẽ in purgatorio,contentatur,ait Scotus in 4.diſt.17.q.2.quem ſequitur Nau.cap. 26.num.10.& Gabriel in 4.diſt.16.q.2.eſſe abſoluendum,& iudicio Dei relinquendum. Et hęc opinio eſt recepta. Hactenus de caſibus, quibus contingit confeſſionem reiterari.

Reſtat nunc videre,quid agere debeant illi,qui in talibus caſibus confeſſionem inualidam fecerunt? Super hoc dico plura. primo ſi impedimentum, ſeu cauſa inualidationis confeſſionis accidit ex parte Confeſſoris, eo ſcito, debet adire alium,& omnes confeſſiones retrò malè actas reiterare. Si autem impedimentum ſeu occaſio accidit ex parte pœnitentis, vel ſacramenti, & pœnitens poteſt habere eundem confeſſorem, cui inualidam confeſſionem fecit, & ille recordatur de peccatis ſibi confeſſis non eſt neceſſe totam confeſſionem reiterare,ſed ſufficit dicere illud impedimentum ſeu occaſionem,aut malitiam,aut peccatum relictum,per quæ confeſſio fuit inualida & de reliquis, ante confeſſis,ſe accuſet in generali. Et ſi confeſſor non recordatur de peccatis,ante confeſſis in confeſſione inualida,ſecundum aliquos ſufficeret,vt recordetur de pœnitentia,quam pro illis iniunxerat dicto pœnitenti,ſed hoc locum haberet quãdo pœnitentiæ darentur regulariter ſecundum Canones, & rationes Theologorum.Sed quia hæc Regula in omnibus obſeruari non ualet:ideo melius eſt,ut totam confeſſionem in tali caſu reiteret, & tanto magis,ſi idem confeſſor haberi non poteſt, cui facienda eſſet confeſſio, eo modo, ut dictum eſt ſuprà, confiteatur, de nouo omnia peccata præterita repetendo, vna cum impedimento, occaſione, aut malitia, vt dictum eſt.

Finis primæ partis Summæ Coronæ Confeſſorum.

Digitized by Google